Centaurea. Dyascorides. Centaurea secũdum translationem nr̃am Centaurea maior quã mlti narcã aut gentianam dicunt. ⁊c. sed falso qm̃ in littera gentiana dicit q̃ succus centauree efficitur sicut succus gentiane. ergo centaurea non est gentiana. vt multi dicunt. Similiter dyascorides facit semotum capitulum de centaurea a caplo de gentiana ergo non sunt idem. Dicit autem Dyascorides. Centaurea abundat in Licia ⁊ archadia. folia habet similia nuci regali viridia. ⁊ oblonga sicut cauliculi. et rotunda ⁊ seratim exterius incisa sicut tres digiti ⁊ virgam similẽ lapatio duorum vel trium cubitorũ longam. radix est illi multas virgas habens in quibus capita sunt similia miconio ⁊ longa cũ flore purpurastro ⁊ rufo. Radix est grossa ⁊ gravis et fortis acerrime succulenta q̃ succus stipticus ⁊ viscidus est rubei coloris. Locis nascitur pinguioribus ⁊ solanis. cuius succus exsiccatur ⁊ coquitur sicut gentiana. Centaurea minor quam multi linoliam dicunt fortiter desiccat absq̃ aliqua mordicatione. Nominatur etiam ab alijs elleboritis sive amaratã l' febrifugia. Nascitur locis aquosis ypericoni atq̃ origano similis. virgam habens plongam angulosam. florem purpureum. folia minuta ⁊ oblonga sicut ruta semen sicut triticũ radix est ei oblonga ⁊ inutilis gustu amara. Galienus. vij. sim. far. ca. de centaurea Magne radix sicut in gustu q̃litates contrarias habet. ita in vtilitate operationis. sed secundum gustum acris simul ⁊ stiptica apparet cum quadam brevi dulcedĩe secundum operationes vero acredo quedam caliditatis opera ostendit. Centauree parve radix quidẽ om̃ifariam inoperativa est rami vero eius ⁊ maxime frondes qui in eis ⁊ flores vtilissimi. dominatur aũt in eis amara qualitas. modica stipticitate participans ⁊ ꝑpter hanc cõplexionem fortiter multũ est hoc farmacũ absq̃ mordicatõe qm̃ autem om̃ia talia vtilia sunt multociens dcm̃ est Sera. li. aggre. capi. antorion. i. centaurea. auct. dyascoridis Centaurea maior hꝫ folia sĩl'ia nuci r̃gali lõga ⁊ viridia sicut fo. cauliũ in sũmitate ĝdatim incisa. hꝫ v̄gaꝫ similẽ v̄ge acetose

cuius longitudo est duorum aut triū brachiorum habens ramulos plures egredientes ab vna radice super quos sunt capitella similia capitibus papaueris nigri rotunda tendentia ad longitudinem: et habet florem cuius color est similis kalb ꝛ semen simile cartamo intra florem eius ꝛ flos eius est similis lane. ꝛ habet radicē grauem cuius longitudo est duorum brachiorum. Et nascitur in terris soli expositis in montibus arborosis et in terra pingui. Minor vero centaurea Nascit̄ in aq̄sis locis et est similis herbe ypericon aut pulegio montano. habet virgam vnius palme quadratam: florem rubeum vergētem ad purpureitatem. ꝛ habet folia parua oblonga sicut folia rute et semen sicut granum frumenti ꝛ habet radicem puaꝫ in qua nullum est iuuamentum. ꝛ in sapore eius vincit amaritudo plus q̄ aliud. ꝛ est in eo stipticitas pauca. ꝛ virtus eius ē que desiccat sine mordicatione. Plinius. caplo de centaurea. Alia maior alia minor. sunt ambe calide ꝛ sicce complexōis in. ij. gradu.

## Operationes.

A Dyas. Centaurea maior vires habꝫ cum aliqua exasperatione relaxantes. vñ totum ventrē purgat. B Radix aūt eius est candens sicut ignis mollis fragil' cum succo subruffo ꝛ acro cū magna amaritudine. C Hec radix conquassationibus vtilis est. pleureticis. et disnoicis maxime prodest. tussim antiquam cōpescit asmaticis ꝛ emoptoicis singulare p̄sidium est. non febrientibus cum vino. ℥. ij. de radice eius datur. febrientibus cū aq̄ tortionibus ꝛ causis stericis similiter data prodest. D Menstruis imperat: aborsum facit in modum collirij supposita. nam acredine sua predictum facit. ꝛ fetum mortuū expellit. ꝛ viuū corrumpit et extrahit. In hoc autem q̄ stiptica est plagas glutinat. ad reumata iuuat. E Succus omnia facere illa nouit. maxime vulneribus cicatricem inducit. F Paracolesim facit; carnibus incisis ꝛ in foco positis addita memorant q̄ carnem in se coagulare facit. Licij mō exsiccant ꝛ pro licio illam vendunt. G Centaurea minor tunsa ꝛ imposita viridis vulnera purgat paracolesim prestat. H Cicatrices vulneribus recentibus ꝛ veteribus inducit. I Elixatura eius bibita coleram ꝛ humores pingues depōit sciaticis ano supposita sanguinem p̄uocat. ꝛ dolorem illius mitigat. succus eius melle addito caliginem oculis detergit: aborsum facit. Neruis dolentibus fomēto prestat auxilium. K Galien⁹ Centaurea magna prouocat menstrua. Et est embriones mortuos euellēs et viuos corrumpens ꝛ educens. stipticitas vero ea q̄ sunt grosse partis ꝛ terrestris frigiditatis in glutinando vulnera. ꝛ iuuando eos qui spuunt sanguinem. L Dant aūt ꝛ de ea. ℥. ij. eis quidem qui febriunt cum aqua: eis qui sunt sine febre cum vino. M Secundū autē virtutē que ex omnibus qualitatibus infessionibus et vulsionibus ꝛ disficis ꝛ antiquitatis p̄fert tussibus. non em̄ euacuare solum oportet in his quod est preter naturam. sed et roborare ꝛ vigorare que expurgata sunt ad eadem igitur vtilis est que acerrima. quādo non sola nec sincera existat sed vel dulcedini alicui p̄miscet̄. vel non om̄ino amaritudini. Fortitudinem vō ꝛ violentiam non habebit p̄mixta ei aliq̄ substantia cucrata: talis em̄ est q̄ dulcis Ad confortandam autem ꝛ congregandā stipticitas ē necessaria N Et centaurea igit̄ minori magna vulnera cōglutinant̄ cū cataplasmatur ip̄a herba adhuc recenti. ꝛ etiam difficile ꝯglutinabilia vlcera ꝯsolidat eo mō vtentibus. exiccat autem cum conglutinatiuis ꝛ siccatiuis permiscet̄ virtutibus quecunq; enim ꝛ fistulas curare nate sunt. ꝛ duricies antiquas mollificat. ꝛ mala morigerata vlcera sanat O Serapion li. aggre. ca. p̄prio de centaurea maiori ꝛ minori. eodem dicit auctoritate dyascoridis ꝛ galieni. que hic dicta sunt licꝫ per alia verba.





## Ca. c xiij

Cerasum est fructus. Cerasus est arbor. et est fructus qui arabice vocatur cerasie grece et latine cerasar et aliqui vocant ea grana regum. Sera. li. aggre. ca. cerasie. i. cerasa. Et dicũt q̃ sint grana magna similia prunis. et sunt in oriente. et est granũ regum. Et est illud quod est apud nos. Et auc. galieni Sunt ex eis dultia. pontica et acetosa sicut inueniunt malagranata et poma. Et ipso2um dulciũ cerasoꝝ q̃cunq̃ nedũ maturata sunt q̃dã quidem sufficienter pontica sunt quedã autem acida similia sunt moris. sed ĩ moris quidem non maturis acida qualitas dñatur: põtica in cerasis vo non sp.

## Operationes.

A Sera: Dulcia descendũt a stõacho cito. et iuuamentum quod inferũt stomacho paucum est. et pontica faciunt contrarium eius B Acetosa vero desiccat flegmata. et sup̃fluitates stomachi. plus q̃ pontica. et causa huius est quia in eis ẽ res incidens. et ꝯferunt stomacho flegmatico. et pleno sup̃fluitatibus C In arboribus vero gũmi est cõis. virtus omnibus viscosis et in mordacib⁹ farmacijs propterea in ea est v̾tus medicinaꝝ inuiscantium sine mordicatõe. et ideo cõferũt asperitationi pulmonis. et est in eo virtus subtilians. et ideo ꝯferunt lapidi qñ bibũtur. D Dyas. ca. de cerasis. Cerasũ viride pomum ventrem humectat. et prouocat aridũ siccat et detinet stomacho viride contrariũ Siccum in q̃ vtile accipit̃ Hoc quidam extimãt vrinã mouere a nõ paucis autoribus tradit̃: si mane recẽtia cum suis nucleis deuorata sunt. alvũ tam copiose fluere, vt ex eadẽ causa etiã morbo pedes implicati liberent̃. fit ex eis diacerason quod oĩbus est notum. E Galieno placet non vnam in oĩbus ceraseis pomis esse v̾tutem. Nã in q̃busdã austerus sapor. et in quibusdã calidus. et in quibusdam dulcis appar̃. et vult austera ad hoc valere q̃ ventrem restringant: stomachũ vo confirment. Acida indicat flegmate habundantibus stomachis optima. nam magis siccãt et grossitudinem densioris humoris incidũt. dulcia stomacho aduersa ꝑnuntiant. citius tamen per intestina defluere F Gũmi q̃ trũcus illacrimat. exasperitas arterias optime lenit. si in vino veteri detur in solutõe resolutum simili mõ datum. fastidiũ stomachi nauseantis auertit. G Et de facie feditatem palloris excludit cum mero haustum calculos quibus etiã vesice cannalis obstruit̃ in arene puluerẽ soluit.





## Ca.cxiiij.

Cretanus: Dyas, capi. Cretanus frutex est herbe duos ramos habētis in vnius cubiti longitudine ⁊ nascitur locis saxosis ⁊ maritinis cum folijs albis et pinguibus similibus andragne latioribus ⁊ oblongis florem habet albū ⁊ semen libanotido simile magis rotūdū ⁊ odoratū. quod desiccatur vt triticum. Radices tres aut quatuor habet digiti grossitudine odoris suauissimi plenū. Galienus. vij. sim. far. ca. de cretano. Cretanū salsum quodāmō et cum gustatur sit cū breui q̄litate. quo circa est virtus eius abstersiua est sil' ⁊ exsiccatiua. debilior āt est fm vtrasq; amari longitudine:

## Operationes.

A Dyas. Folia ⁊ semē ei⁹ et radices cocte cū vino ⁊ bibite vrinā ꝓuocāt: ycteri cis medicantur mēstruis impat. crude ⁊ elixe comedi possunt. ⁊ in sale cōposite manducantur. folia eius in gustu satis acida sunt: B Paulus ca. de cretano: Cretanus ca. est ⁊ sic. in tercio gradu. Herba est que in locis maritinis repitur. vtutez habet valde diureticā ex subtili substātia C Cōtra dissuriam stranguiriā ⁊ vicium lapidis ⁊ yliacam passionē herba ipsa in multa q̄ntitate buliat in aqua salsa vino ⁊ oleo ⁊ in ea sedeat paciēs vsq; ad vmbilicum. D Item cōtra yliacam passionē ponatur in cristeri:



## Ca.cxv.

Cicuta. Sera. li. aggre. ca. succarā vel conisa auc: dyas. Est plāta habens stipitem cōcauū in quo sunt multi nodi sicut nodi feniculi. ⁊ est multū maior feniculo. ⁊ hʒ folia similia folijs ferule hñtia grauē odorē ⁊ sup stipitē ei⁹ est corona in qua sunt flores albi. ⁊ est semen simile semini anisi. nisi quia est albius Et habet radicē non multū infixā terre que ē frigida valde: ⁊ hec radix occidit sua frigiditate. Paulus: ca. de cicuta: est plāta

cuius semen frigiditate sua est interimēs sȝ vīo puro ⁊ calido eius nocumēto subue nitur. Galienus. viij. simpliciū farmaca. capitulo. comum. id est cicuta quoniam summe est infrigidatiue virtutis omnes sciunt.

## Operationes.

A Serapion. Corona huius plante accipitur cum toto semine antequam desiccetur. ⁊ teritur ⁊ exprimitur succus ⁊ siccatur in sole. ⁊ administratur in collirijs que fiunt ad sedandos dolores oculorum. ⁊ est optimum in hoc. B Et quando fit emplastrum cum eo sedat caliditatem et herisipilam ⁊ formicam. C Et quando teritur hec planta cum suo semine aut cum folijs ⁊ fit emplastrum cum ea sup testiculos abscindit pollutionem ⁊ gomorream. Et si fiat emplastrum cum ea super virgam prohibet erectionem. D Et quando emplastrantur cum ea mamille mulierum. phibet ab eis lac. Et quando ponitur super testiculos puerorum non sinit eos augeri. E Et quando ponitur super mamillas puellarum nō permittit eas magnificari. Melior autē ex hac planta est illa que nascitur in crete insula. in chia ⁊ in atica. F Plinius coniza id est cicuta que omnibus nota est. Cui⁹ folia viperas ⁊ serpentes effugāt ⁊ est frigida frigiditate mortali. G Platearius Cicuta non vtimur in interioribus. quia venenosa est ⁊ in substantia ⁊ in qualitatib⁹ Jntantum enim dissoluit. ꝙ spiritus inaniuntur. ⁊ ex hoc menbra mortificantur. Uirtutem habet potissimam secundū radicem. secūdo scōm folia. minorem ꝑm semen. Unde semen eius quandoqȝ ponūt in medicinis. ⁊ ex ea vnguentū potissimū fit contra arteticam ⁊ podagram. H Jsidorus. Cicuta vrinam ⁊ mēstrua prouocat ⁊ augmentat. Lumbricos ⁊ ascarides necat. Sciaticos et arteticos de gsso flegmate iuuat. si in eius aposimate lauetur aut potetur. Grossam intestinoꝝ ventositatem dissoluit. Colicam passionem ⁊ ylij dolorem curat. pectus ⁊ pulmonem de viscoso ⁊ grosso flegmate purgat. J Plinius. libro. xv. Cicuta venenum est publica quadam atheniensium pena inuisa. ad multa tamen vsus nō omittendi Semen habet noxium. Caulis autem est viridis. ⁊ vrit. plerumqȝ sicut in platanis. lenis hic ⁊ geniculatus vt calami nigricans. Altior sepe binis cubitis Jn cacuminibus ramosus. habȝ folia coriādri tenniora graui odoratu Aniso crassius radice concaua nullius vsus. Semini et folijs inest vis refrigeratoria. que si enecat. īcipiūt augeri ab extremitatibus corporis. Remedium autem est prius ꝙ perueniat ad vitalia. nafa vini ex calefactoria ac in vino potata. irremediabilis existimatur. Succus exprimitur folijs atqȝ floribus. tūc eñ maxime est tempestiuus ⁊ melior. K Semine trito expressus ⁊ sole densatus in pastillos. necat sanguinem spissando. hec altera vis Jdeoqȝ sic necatorum in corpibus apparent macule L Ad dissoluenda medicamenta vtūtur illo pro aqua. ⁊ ad refrigerandum stomachum fit ex eo malagina. valet ad cohibendas epyforas estiuas. oculorumqȝ dolores sedandos circum litum. Miscetur collirijs. M Et alios omnes cohibȝ reumatismos. Folia quoqȝ tumorem omnem. ac dolorem ⁊ epyforam sedant.




# C Ca.cxvj.

Cicorea. Platearius: Cicorea que 7 spõsa solis: 7 solsequium. 7 intuba dicitur frigida 7 humida est secundo gradu. Constantinus in libro graduum Cicorea siue sponso solis frigida ẽ 7 sicca in pmo gͣdu Pli. li. xx. Intubũ erraticum apud nos quidã 7 ambugiam appellauere: In egipto vocant cychorium: Idem in li. xxj. Cicorium post vergilias nascitur. florentqꝫ particule eius. Radix est eis lenta que vtunt̃ ad vincula: Actor Hec herba. s: que vulgo dr̃ cicorium ipsa etiam alijs nõibus p̃ter supradicta dicit̃ elytropium 7 dyonisia: Unde de ipsa qꝫ dicet̃ inferius in ca. elytropiũ de e.

## C Operationes.

A C Platearius. in capi. cicorea: Herba ip̃a cõmesta valet contra venenũ. Succ⁹ eius valet ad opilationẽ splenis 7 epatis ex calida causa. et contra calefactionem eiusdem hec herba viridis est 7 mlͭte efficatie. sicca vero nullius vel parue. C B Cocta 7 comesta valet opilationi splenis 7 epatis. Et cõtra calefactionem epatis: Succus epati supponit̃ vl' cathaplasmatur: C C Et quia ṽtutem habet restringendi venenũ. animalia quedam a venenosis animalibus lesa: huius herbe tactu sanant̃: B C Constantinus li. vt sup̃. Confortat stomachum. 7 valet cõtra scorpiones. aliorumqꝫ reptilium morsum. cũ mirra mixta 7 mulieri supposita prouocat menstrua E C Plinius libro. xx: caplo Intubum: Id refrigerat in cibo sumptũ et collectiones sanat illitum. Succus decoctus ventrem soluit. Renibus 7 stomacho proficit. F C In aceto decoctum vrine tormẽta discutit. Itemqꝫ morbum regium cum mulso si sine febre sit resecat 7 adiuuat. Mulierꝫ purgationibus in aq̈ decoctum adeo prodest vt emortuos trahat partus.



Ca.cxvij.

Cinoglossa. Ysidorus in libro ethimologiarum. Cinoglossa est herba quam linguam canis vocant. A cinos quod est canis et glossos quod est lingua Inde cinoglossa.i.lingua canis. Et est herba similis arnoglosse: nisi quia sunt ei coste apparentes in folijs eius. sed sunt levis satis. et est in eis borra apparens.

Operationes.

A Medetur vlceribus oris et alijs vlceribus fraudulentis frigide et sicce complexionis: et curat alcolam. balneum decoctionis eius curat gomorream. B Plinius. libro. xxv. Cinoglossos caninam imitans linguam topiarijs opibus est gratissima C Aiuntque eam que tres tirsos seminis emittat. Eius radicem potatam ex aqua prodesse ad tertianas. que quatuor ad quartanas D Est et alia similis et que lappas ferat minutas. cuius radix pota ex aqua ranis et serpentibus adversatur.



Ca.cxviij.

Citonia. Byas. Citonia vel citonius est arbor malorum citoniorum. Huius folia virtutem habent medicinalem Palladius. libro. ij. Mense ianuario tuberes inseruntur citonio. Idem li. iij. Citonijs serendis plerique tempora diversa dixerunt tamen mihi usu comptum est. In Italia circa urbem mense februario vel inchoante marcio plantas citoniorum radicatas in pastinato solo tenuisse. adeo velociter ut sepe sequenti anno (ut frugi) gauderent. Idem mense februario citonia inseruntur melius in trunco quam in cortice. Recipiunt in se surclos prope omnis generis. punici sorbi. omniumque malorum. que meliora producunt. Inserantur autem novelle arbores. quibus succus in cortice est Si maior est circa radicem melius inseretur ubi cortex et lignum beneficio soli adherentis humescit. Galienus secundo libro de cibis. Mala ipsa non sunt habentia unam naturam quod est. quia quedam ex eis sunt dulcia. quedam pontica. et quedam stiptica. et quedam acetosa. et quedam insipida. Et in dulcibus est substantia aquosa temperata. Et pontica vincit in eis frigidum terreum. Sed in stipticis hec est eadem substantia cum aquosa substantia dulci. In acetosis autem est substantia frigida. Et virtus ponticorum. et stipticorum. et acetosorum est virtus que incarnat et que conglutinat vulnera. Et prohibet illud quod currit ad apostemata in principio eorum et fortificat os stomachi: et stomachum laxum et fluxum. maxime vero que sunt stipticiora ex eis et acetosiora. Sed illud quod vincit super naturam insipidorum est aqua. Et complexio eorum est humidior et frigidior et ipsa administrantur in medicinis apostematum in principio eorum et in augmento et universaliter in malis est humiditas multa. et superfluitas frigida. et ideo destruitur succus eorum et arescit Servantur tamen quando coquuntur cum melle et fit inde

rob. Et servãtur eodem modo citonia ipsa cum melle sicut ⁊ succi eorum. Citonia maiora vocantur saturninia ⁊ sunt maioris iuuamenti q̄ alia Rememorans ergo illorum quecunq̄ poma stipticant scias frigidum ⁊ terestrem chimum habere. q̄cunq̄ autem acetosa vident̄ frigidũ quīdem; sed subtilius partium: medie vero complexionis esse que dulcia ad calidius declinare vident̄ sicut que p̄fecte apoya id est sine qualitate ⁊ valde aquosa ad frigidius inclinata; Utaris ergo ip̄is scd̄m predñantium humoꝝ virtutes. Austeris autem pomis quidem quãdo propter humiditatem multaȝ atonus. i. sine vigore venter extiterit: ponticis autem quando sufficienter excreverit huiusmodi. acetosis vero quando estimaueris in ipso grossum humorem collectum esse non valde aliquid frigidum tanq̄. frigidius q̄dem nõ acetosis sed drimeis indiget: Siccãt autem ambo grossiciem humoꝝ acetosa ⁊ drimea; Differunt autem hec in hoc q̄ hec quidem cum infrigidatiõe: illa vero cum caliditate operant̄: palam autem ex iam dictis sepe q̄ stiptica quidem sup̄fluos secessus restringũt. acetosa humorem quidem grossum inuenientia in vẽtre dimidunt hunc: subducuntq̄ stercus. et propter hoc humectant egestiones. purum autem inuenientia ventrem restringunt ipsum magis.

## ¶ Operationes.

A ¶ Auicenna: li. ij. ca. de citonijs. quando abluitur cinis ⁊ folioꝝ eius sunt sicut tuthia: ⁊ rob pomoꝝ eius arescit propter illud qd̓ est in ipso de humiditate aquea frigida. ⁊ assatum est melius ⁊ magis cõferens: ⁊ eius quidem assatio fit q̄ncunq̄ cauatur. ⁊ eijciunt̄ grana eius: ⁊ ponitur in ip̄o mel ⁊ linitur luto eius corpus ⁊ postea ponit̄ in cinere. fri. est ī p̄mo ⁊ in fine ⁊ sic. in p̄ncipio secũdi. Et est stipticũ cõfortatiuũ fortiter: ⁊ flos eius est stipticior Et similiter oleũ ip̄ius ⁊ dulce. est minus stipticum: ⁊ semen eius est lenitiuum sine stipticitate. B ¶ Et prohibet cursum superfluitatum ad viscera. ⁊ retinet sudorem: ⁊ oleum eius. confert scissuris frigoris ⁊ formice: Et est vtile vlceribus scabiosis. Et mľtitudo eius generat dolorem neruoꝝ. ⁊ assata ponit̄ sup̄ apostemata oculi ca: C ¶ Et eius succus ꝯfert dilatationi anhelitus ⁊ asmati. ⁊ p̄hibet sputum sanguinis. ⁊ semen eius confert asperitati gutturis ⁊ lenit cannam pulmonis ⁊ muscillago eius etiam humectat ip̄am cannam. D ¶ Et ꝯfert vomitui ⁊ ebrietati. ⁊ sedat sitim. ⁊ confortat stomachũ recipientem sup̄fluitates: E ¶ Syrupus eius ⁊ ip̄ius infusio. ⁊ qd̓ de eo elixatum est ex ip̄o vtunt̄ multi in secũda mẽsa sup̄ vinum. ⁊ prohibet ebrietatem: ¶ F Et fit ex eo sirupus confortans appetitum deiectum valde ⁊ mortuum. ⁊ confortat stomachum G ¶ Et prohibȝ vomitũ flegmaticum. ⁊ est p̄uocatiuũ ⁊ iam dcm̄ est quod illud est p̄ accidens. Et illud q̄d cum melle elixatũ est. est maxime p̄uocatiuum. H ¶ Uerumtamẽ q̄nq̄ soluit vẽtrem ⁊ nõ stringit ⁊ generat colicã ⁊ dolorem vẽtris pungitiuũ. ⁊ confert dissurie: ⁊ retinet fluxum mẽstruoꝝ. ⁊ ꝯfert arsure vrine q̄ñ distillat̄ succus eius aut oleum: ip̄ius in virga: ⁊ confert oleum eius renibus ⁊ vesice. I ¶ Et quando sumitur post cibum soluit: adeo q̄ q̄ñ plurimum ex eo sumitur extrahit cibum añ digestionem: ⁊ cristerizatur decoctio eius ad eminentiam ani ⁊ matricis K ¶ Rabi moyses: Citonia a pregnantibus ꝯmesta generant filios hilares. ⁊ cõmestio ip̄orum assorum post cibũ generat gaudium: L ¶ Sera. li. aggre. ca. Cafa. auct. dyas. Arbor citomoꝝ ⁊ maloꝝ folia similiter et flos. ⁊ summitates sunt stiptice. ⁊ prope arboris citomoꝝ: et fructus immaturus ẽ stipticus. M ¶ Mala autem illa q̄ colliguntur in vere generant̄ colerã citrinaȝ ⁊ inducunt inflãmationem. ⁊ nocent neruis ⁊ iuncturis: ⁊ mẽbris que sunt de g̃ne neruoꝝ: N ¶ Sed citonia sunt bona ⁊ si assant̄ sunt meliora habentibus fluxũ

antiquum. & vlcera intestinorum & sputũ sanguinis. et collīricam passionem: ¶ D Et illa que dicuntur mellomella molliũt ventrem & expellunt lumbricos. & sunt mala stomacho & inflatiua ipsius ¶ P ¶ Sed illa que nominant in latino armīcata sunt bona stomacho & stringunt uentrem & prouocant vrinam: nisi quia sunt debilioris virtutis q̄ citonia & ista sunt illa q̄ vocantur atyrotipa. Et similia ex eis sunt similia malis in vere nascētibus in stipticitate: ¶ M ¶ Et oportet q̄ administrentur citonia in egritudinibus in qbus oportet stipticare añq̄ ad maturatõem perueniāt.



¶ Ca. cxix.

Cipressus: Ysidorus Cipressus grece dicitur eo q̄ caput eius a rotunditate in cacumen erigitur: Unde & conon vocatur: i. alta rotunditas Hinc & fructus eius conus dicitur. quia rotunditas eius conum imitatur. Huius lignũ cedro pene proximam habet virtutē: Templorum quoq3 trabibus aptũ impenetrabili soliditate nunq̄ oneri cedit. Antiqui ramos cipressi prope rogum constituere solebant. vt odoris sui iocunditate cadauerum odorem dum urerent̄ opprimerent Hec arbor apud paganos mortuis cõsecrata est eo q̄ in modum hominis excisa non pullulat. Ambrosius. Cipressus & pinus in alta se cacumīa extulerũt. maneta3 prerogatiua cipressis. vt nulli eas venti horrore suis dispolient coronis. Hec arbor lacunaribus est vtilis emendãdisq3 fastigijs: Unde in canticis dicit etiaz. lacunaria nostra cipressina. Palladius li. xij. Cipressus ad fabrice materiaz est egregia. Plinius li. xiij. In choo insula nasci creduntur cipressi. florem imbribus decussum terre alitu animante. Plateanus Cipressus est calida in primo gradu sicca in secundo. Huius arboris folia lignũ & poma competunt vsui medicine Sed poma stiptica sunt & consolidatiua Lignũ et folia diuretica sunt. Galienus. vij. sim. far. capit. de cipresso secundum translationē grecam: Cipressi germina: & folia. & bacce que iuuenes & molles magnorum vulnerum in corpibus duris sunt conglutinatiue ex quibus manifestum est quoniaz siccatiue sunt virtutis. non habentes apparentem acredinem. & caliditatem sicut et gustus testatur: apparet eñi in ea modica quidez acredo. plurima aũt amaritudo. & multo plurima est ponticitas q̄ in tota plãta tãta vero est acredo & caliditas q̄nta. ducit quidem ponticitatem ad profundum: Serapion libro aggregatoris. capitulo sassa. auctoritate galieni. Quod ex cipresso administratur sunt folia extremitates & nuces eius et in sapore eius est acuitas & punctio parua & amaritudo satis. & pũctio est fortior amaritudine. sed de amaritudine et acuitate inest quantitas tanta q̄ facit eam penetrare ad profunduz corporis sine calefactione et mordicatione.

Et virtus eius est que desiccat in qua nō est acuitas & mordicatio apparenter & quātitas sue caliditatis est quantitas que est sufficiens ad penetrandum. Et est ca. et sic. complexionis. Plinius ca. de cipresso Arbor est omnibus nota q̄ a grecis nomē sumpsit eo q̄ habet in summitatibus rotunda seminū capita q̄ dicūt galle cipssi.

## Operationes.

A Dyas. capitu. de cipresso. Est arbor omnibus nota corium semen & folia cū dulcore bibita cum mirra modica vesice reumatismum compescit. B Dissurijs medetur. huius semen viride. vel pira eius bibita enoptoicis medenī. Dissintericis & ciliacis maxime pdest. tussi & ortonoicis prestolatur. eius elixatura tantū prodest quantum supple. semen eius quod in aceto coctum id facere nouit. C Cum puluere lupini admixtū enterocelli cos siccat vt cathaplasma appositū folia eius similem habent virtutem. D Ramus eius cum semine in domo posit⁹ conopes vel zinzalas fugat. Hec folia vt cathaplasma adhibita recentia vulnera curant E In aceto cocta & infusa capillos inficiunt. polente trita & admixta Ignem sacr̄ compescunt. vulneribus medentur. F Carbunculis opitulātur Tumores oculorum deprimunt. Cerotis nobilibus miscentur. Et confortant stomachum. & sanguinē stringūt. G Auicenna li. ij. ca. de cipresso. ca. cōplexionis est in pmo gradu. sic. in scdo. Et quidam dicunt q̄ est fri. valde & quidā iudicauerunt q̄ est virtus eius oposita. & caliditas eius est fm quantitatem q̄ facit penetrare stipticitatem. stipticitas pfundat̄ & puenit ad mēbra. folia & nux eius sunt stiptica. & in ipā est resolutio & resoluit humiditates. H Et nux quidem eius fortior est in omni re q̄ folia ipsius Et in ipa est vis faciendi adherere sanguinem. ita q̄ remouet putredinem quando decoquitur cum aceto & lupinis. Et linit̄ sup vnguem. & remouet eius vestigia. I Et eius folia delent morfeam. folia eius recentia & nux ipsius consolidat vulnera que sunt in menbris duris cum fuerint recenter collecta. K Et conferunt formice & herisiple. & proprie cum farina ordei Nux & folia eius bona sunt collo cū ex eis fit emplastrum conferunt. Et cum farina ordei supposita herisipile L Et confortat neruos. & extinguit ramicem more emplastri supposita. & roborāt mollificationem. M Et stringunt etiā qn̄ teritur nux cipressi multum cum ficubus. Et ponit̄ de eis licinium in nares & sanat carnem additam. N Et decoctio eius cum aceto sedat dolorem dentiū. Et dat̄ ad bibendum nux eius cū vino ad sputū sanguinis. Et ad difficultatem anhelit⁹. & ad tussim antiquam. & similiter eius decoctio. O Et bibunt̄ folia eius cum vino & conferunt difficultati mingendi. & cursui supfluitatum ad vesicam. P Et conferunt etiam vlceribus que sunt in intestinis. Loco eius ponitur medietas ponderis eius de sarcocolla rubea



## Ca.cxx.

Cyprus. Dyascorides. Cyprus est arbor habens folia oliue similia sꝫ viridiora ⁊ paulo grossiora. Semen nigrum: ⁊ florem album: cum germine et odore bono. Glosa super cantica. Ciprus est arbor aromatica in egipto semine candido ⁊ odorifero. Qui coquitur in oleo ⁊ exprimitur vnde paratur vnguentũ regale quod dicitur ciperus. Plinius in li. xij. Cyprus est arbor in egipto zizifi folijs semine coriandri candido ⁊ odorato.

## Operationes.

A Dyascorides. Huius folia masticata tumorem oris compescunt. quia virtutis coherentis sunt: sed cetera eiusdẽ arboris cathaplasmata humores ⁊ tumores calidos tollunt Harum etiã elixatura fomento combustis medetur. B Eadem quoqꝫ succo strutij mixta si caput assidue fomentes capillos inficiet. Flos eius cũ aceto cathaplasmatibus adhibitus dolorem capitis soluit: C Plinius libro. vt supra Hec in oleo coquitur ⁊ postea preturidqꝫ cyperus dr: Optimũ est in canopica in ripis nyli nata: Secundũ ascalõe iudee. Tercium cypro insula. odoris suauitate. Quidam hanc dicunt esse arborẽ que in Ytalia ligustrum vocetur. Etiam alcannam appellant. vt supra de ea: capitulo. xiij. alcanna. D Item plinius: in li. xxiij. Ex cypro fit oleũ. cuius natura calefacit neruos ⁊ emollit. Folia stomacho illiniuntur. Et vulue concitate succus eorum apponitur. Folia quoqꝫ ɔmãducata recentia medẽtur vlceribus in capite manantibus. ⁊ oris collectionibus: E Decoctum eaꝝ ambustis ⁊ luxatis prodest Rufant capillum tusa adiecto strucij mali succo: Flos capitis dolores sedat cum aceto illitus: F Ulcera putrescẽtia per se vel cum melle sanat: Odor autẽ floris olet. qui somnum facit:




## Ca.cxxj.

Ciperus. Dyascorides caplo de cipero. Ciperus siue vt alij criscepe ron. folia habet similia porro: sed oblonga ⁊ tenera Et ascendit de terra cubito vno ⁊ semis: hastam habẽs angulosam similem iunco: que hasta in capite semen generat. Radices sub terra habet rotundas ⁊ oblongas sicut oliua nigra que multe ⁊ coniuncte nascũtur colore nigro ⁊ odore suaui. gustu subamaro: nascitur in locis aquosis ⁊ in pratis ⁊ paludibus. In his radicibus ea nobilior est: que grauior ⁊ durior ⁊ grossior fuerit: ⁊ nõ frãgibilior sed asperior. ⁊ odore plenior viscitudinẽ odoris habens. talia signa habet cilicẽsis aut syriatica: Uires habet calefaciendi ⁊ desiccandi absqꝫ mordicatione. Sera. li. aggre. ca. sahade. auc. dyas. Sahade id est cyperus hꝫ folia similia folijs porri nisi quia sunt lõgiora eis ⁊ subtiliora ⁊ duriora ⁊ hꝫ stipitẽ lõgitudĩe vnius brachij ⁊ plus

sed non rectum: in eo est tortuositas. ꝛ est q̄dratus similis stipiti squinanti. et infra summitates sunt folia parua ꝛ semen. et radix eius est similis oliue. ꝛ quedā ex eis est longa: quedam rotunda. et est nigra. Nascitur in locis domesticis ꝛ aquosis: Et est alia species ciperi in India que est similis zuccaro in sapore suo: ꝛ quādo nascitur eius color est sicut color croceus. et q̄n fricatur sup cutē corporis facit pilos statim cadere: Melior autem ex cypero. ē ille qui est plenus granis ꝛ grossus. durus difficile frangibilis habens odorē bonū cū pauco acumine: Et quod administratur ex cipero est radix ipius. ꝛ odor eius ē bonus. et in sapore eius est acuitas. cum pauca stipticitate ꝛ calefacit ꝛ desiccat sine mordicatione.

## Operationes.

A Dyas. auic. aben mesuay: est ca: ꝛ sic: in secūdo facit augmentum ī sensu Et cōfortat stomachum. B Et meliorat colorem. et est bonus emorroidibus. Et efficit oris odorem bonū. C Et quādo bibitur cū oleo lentisci calefacit renes D Et confert frigiditati vesice. ꝛ distillationi vrine. et addit in sanguinem calefaciendo ipm: quare timetur ne vtēs fiat leprosus. E Galienus: vij. sim. far. caplo de cipero: Ciperi vtiles maxie sunt radices calefacientes ꝛ siccātes sine mordicatione: F Unde vlcera que ꝑpter humiditatem multam sunt difficile cicatrizabilia mirabiliter iuuat hꝫ aūt quid ꝛ stipticum: G Et ꝑpterea vlceribus que in ore sunt idoneus. ac vo ꝛ incisiuaꝫ q̄ndam v̄tutem hꝫ. attendendum em̄ est quia lapidem pacientibus ꝯuenit Et mēstrua ꝛ vrinas mouet H Item dyas. capi. de cypero. Uires hꝫ calefaciendi et desiccandi absqꝫ mordicatione. Uñ multum infusa vlcera que difficile cicatrizantur mirabiliter curat. Habet etiam aliq̄d stipticum in se. ꝛ est diuretica Et habꝫ cōsumendi vim ꝑ quā lapides ī renibus generatos cōminuit. I Urinam ꝛ mēstrua prouocat: additur ꝛ malaginatib⁹ calidis ꝛ cōfectionibus oleoꝝ Dicit etiā in India cypeꝝ nasci simile zuccaro ꝛ cū masticat̄ colorem croceum facit. K Et hoc si capillis traiectum fuerit cadūt a copis mixtum precantionibus medet: Coctum sessionibus facit. Auicenna de viribus dicit ꝙ confortat cor.




## Ca. cxxij.


Cinamomum. Plini⁹ libro. xij. Cinamomum frutex est duorum altitudine cubitoꝝ amplissimus. palmicꝫ minimus quatuor digitoꝝ crassitudinis statim a terra sex digitis surculosus arido similis: cū viret non odoratus. ori gani filio. siccitate gaudens Imbresterilior. seu dire nafe. Signit̄ q̄dē in plāisꝫ dēsissimis ī vepb⁹. rubisqꝫ difficil' collcū.

Non metitur nisi deus pmiserit. Hec añ solis ortum vel post occasum metere licet Sarmenta quondam sacerdos hasta di uidebat. deoqz ioui ptem reponebat. Reliquam vero partem mercator in massas condit. Est et alia fama. cũ sole diuidi trinasqz partes fieri: deinde sorte germina discerni. Quodqz soli cesserit relinqui: ac sponte cõflagrare: Ex libro de natura rerum. Cinamomi arbor aride similis est cũ viret et floret siccitate gaudet. Itaqz sterilis imbre fit fecundior autez in desissimis vepribus fit ac puenit. Auicenna. Cinamomum calidum est et siccum in tercio: Meliusqz est illud quod est boni odoris et acuti saporis. sine mordicatõe. coloris puri non cõmixti. Et vt ait dyascorides. Melius est nigrum ad igneitatez et rubedinẽ declinans planum ramos habens ppinquos subtiles. in quo sunt dulcedo et salsedo et mordicatio parua nec est valde frãgibile. Et ex eius quidem bonitate est vt vincat omnem dolorem preter suuz et nõ sentiatur cum eo Est autem vltimũ in subtiliatiõe. attractiuũ. aperitiuũ. rectificãs om̃em putrefactionem et virtutem corruptam. Oleum eius calidum est valde resolutiuum. liquefactiuum. Platearius. Cinamomum calidũ est in tercio. siccũ in scdo. Eligendum est illud quod subtile est acutum. habens odorem dulcedini mixtum. cum multa aromaticitate. et subrufum. Quod autem subalbidum est aut nigruz abijciendum per. x. annos potest seruari. Dyas. fm translationem nostram. caplo de cinamomo: Cinamomi genera multa sunt. sed melior est om̃ibus que est similis cassie massolites qui recens fuerit et niger colore. et qui missus in vino soluat se. virgulas habẽs teneras et lenes et nodis plenas. et cum odore pleno veluti rute. acer atqz mordax gustu in similitudine nasturcij seminis cum quadaz salsedine et feruore et parua viscitudine cuius haste cum fregeris emittunt pulueres odore omnia vincentes has. hastas cum a terra euulseris. radices earundem sequunt. Hec est probatio optimi cinamomi. Est etiam alterum genus cinamomi montanũ tactu asperius hoc grossius est et subrufum colore. Tercius genus est simile cassie masel liotice subnigellũ colore tactu lene et non multos habens Quartum genus est colore albo tactu molle simile cassie. in robore grossum et fragile et radicibus maius: Quintum genus est odore simile cassie colore subrufum et corio cassie simile. hastaz in se habens fortiorẽ cum radicibus grossioribus similibus libanotido: et multas hastas retinens similes mirte et cassie. sed non tantum odore plenum: Eligendum est autem cinamomũ primi generis colore subnigrum scabiosum. et semen habẽs simile piperi et lene lignum cuius radix inutilis est. Sextum genus est cinamomi quod appellat lotos et motos. sed nec virtutem nec odorem habet. Septimũ genus est quod a grecis nõiat xilocinamomũ id est lignum cinamomi: radicem habẽs maiorem cũ hastis nodosis similibus cinamomo. et in odore nõ suaue. hoc dicũt aliqui melius esse cinamomo

## Operationes.

A Sera. auc: galieni: Substãtia cinamomi est subtilis. et virtus eius est cali. in tercio: et non est aliqua medicina calida cuius desiccatio est sicut desiccatio eius pter subtilitatẽ sue substantie Et illa species q̃ dr keise est cinamomũ q̃i debile; et sunt q̃dam q̃ nõiant cinanomũ zor. B Et dixit galie. in li. de cibis q cinamomũ aromatizat stomachũ: et pfert frigiditati eius. et frigiditati epatis: C Et facit euenire somnum. et aperit opilationes. et prouocat menstrua: Et abstergit obscuritatem visus: D Et desiccat humores qui sunt in capite et in stomacho: Et de pprietate vsus ei⁹ ẽ q vs⁹ pmestiõis ẽ pferẽs obscuritati visus q̃ accidit ab hũorib⁹

E ¶ Et idem auctoritate diascoridis. Cinamomum ingredit confectionē medicinarum odoriferaꝝ bonaꝝ. et est maximi iuuamēti. et tertī et conficit cum vino bono et fiunt inde trocisci: qui desiccant et reponuntur in vmbra. et sic virtus eius diutius seruari potest. F ¶ Byas. Uirtus omni cinamomo est calida et diuretica et malactica et leptintica G ¶ Et potatū cum aqua secundinas mulieꝝ excludit. Et mēstrua puocat. Melius his rebus opitulatur si mirre fuerit mixtum. H ¶ Uenenatis morsibus occurrit vel veneno potato. caligines oculoꝝ detergit cū melle tritum. maculas vel lentigines de facie purgat. I ¶ Tussim sedat. catarrum mitigat. ydropicis medet K ¶ Nefreticis vtiliter dat. Miscet etiā confectionibus occularijs. et in omnibus vtiliores inueniet vires habens et gustum acrē extensa stringit. Et in antidotis pciosum est. ¶ L Galienus. vij. sim. far. ca. de cinamomo Cinamomum summe est subtiliū parciū non tamen summe cali. sed in tertio gradu. et desiccatio eius est sicut calefactio ipius propter subtilitatem substantie sue. Sed cannella cinamomū est quasi cinamomū debile. Et quidam etiā caltion vocant cinamomum. Et quidam sunt q nōiant cinamomū azet. M ¶ Auicenna li. ij. capitulo de cinamomo Cinamomum vltimū est in subtilitate. attractiuū. apertiuū rectificans omnem putrefactionem: et omnem virtutem corruptam. et omnem saniositatem humoralem. N ¶ Et idem in li. de viribus cordis ait q confortat cor.



¶ Ca. c xxiij.

Ciminū quoddaz est quod dr ciminum carmenū. quoddam quod dr ciminū regale. quoddā quod dicitur ciminū album. quoddaz ciminū rusticorum. quoddā ciminū ethiopiū. qddaz ciminum basilicum. quoddā ciminū egypcium. quoddam ciminū dulce. quoddā ciminū agreste. quoddā quod dr ciminū platociminū. Ciminū carmenū. i. siseleos Ciminū albū idem quod sup. ciminū dulce idem qd sup. ciminū rusticoꝝ idem qd sup simliter. ciminū ethiopiū est quoddā semen simile ameos et est git. sicut apparz infra in capi. git de g. Ciminū basilicum idem quod sup. ciminū egipciū ē ciminū vsuale. ciminū agreste est illud quod per diascoridē multa in capi. isto describitur Platociminū. i. siseleos. Ciminū vsuale ē semen herbe in multa quantitate nascēs precise. vt presens figura istius capituli ostendit. virtutem habet diureticā. et sub

tiliandi fumositates Est calida et sicca in tercio gradu. Et quidam dicunt quod est sic: in secundo. Galienus: vij. sim. far. ca. de cimino. Cimini semine maxime vtitur sicut et anisi et leuistici et carui et petrosilini. Est autem calefactiue virtutis sicut illorum sin gulum et diuretice et destructiue ventosi tatis. de tercio gradu existens calefacien cium: Dyascorides: capi. de cimino secun dum translationem nostram. Ciminum quoddam est vsuale. quoddam egyptium. Et quoddam oritur in alijs partibus et istud est ciminum nostrum quod communiter ha benus in vsum. et customaticum est. Sed plus illo quod oritur in egipto. quod ipo basilicum vocat. Unde tale ciminum vsua le in omnibus prouincijs inuenitur. Et cimi num agreste nascitur in calcedonia et hys pania. virgam habet duabus palmis lon gam in qua folia nascuntur quatuor aut quinque et tenuissima et diuisa sicut gingi dium; in qua virga sunt capitella quinque aut sex rotunda et mollia. in quibus est se men quod si gustui applicaueris viscidior est nostro. Nascitur locis humectis. Cimi num nostrum vsuale habet virtutem seran ticam et feruentem et mictualem et stipticam Sera. li aggre. capi. camin. auc. dyasco. Camin id est ciminum nostrum quod vocatur egiptium. Et est aliud ciminum quod dici tur carmenum. Et est aliud quod dicitur agre ste. Et est quoddam ex eo boni saporis. et est quod carmenum et ipsius expositio est regale. Et postea ipsum est babilonicum; Et idem auctoritate ga lieni; Ex eo est domesticum et agreste; Do mesticum vero est quod magis administra tur et maxime semen sicut administratur semen anisi et leuistici et carui et apij monta ni; virtus eius est ca. in. iij. gradu:

## Operationes.

A Dyas. Ciminum nostrum tortionibus et inflationibus in oleo coctum et superpo situm medetur: cathaplasmatibus misce tur. ortonoicis cum pusca necessarie datur morsibus venenatis cum vino opitulatur

B Tumorem testium admixta pollina fabe et vuepasse et cerotis impositum me dicatur aceto mixtum menstrua abstinet et sanguinem narium profluentem sic strin git. potui datum siue inunctum pallorem facit.

C Et quia calidissimum est. do lorem vesice placat. et calculos iuuat.

D Semen cimini agrestis torsiones et inflationes aque mixtum saluberrime cu rat. Cum aceto vero subglutientibus opi tulatur. Venenis occurrit: Dolorem sto machi compescit.

E Masticatum et impositum liuores detergit: Melle addi to et vuapassa omnia similiter facere no uit In hoc flos nascitur niger veluti semen qui bibitus similis est melantio: Morsi bus venenatis occurrit. Stranguirijs et doloribus vesice prestat effectum:

F Et coagulatum sanguinem per vrinam mingi facit Maxime singulare presidium est si bibitum fuerit cum elixatura apij.

G Auicenna libro secundo. capitulo de cimino. Ciminum scilicet nostrum vel vsu ale expellit ventositates et resoluit. et in ip so est incisio et excitatio. et in ipso est stipti citas cum lauatur facies ex aqua ipsius cla rificat eam. et similiter eius acceptio et vsus ipsius cum mensura. eius namque nimius vsus faciem citrinat.

H Et admini stratur cum ceroto aut oleo et melle conso lidat vulnera proprie siluestre. Cuius se men est simile semine lini. cum ex eo implen tur vulnera

I Cum teritur ciminum cum aceto et fit odoramentum ex eo abscin dit fluxum sanguinis narium. et similiter cum ex eo intromittitur licinium in naribus

K Et quandoque masticatur et miscetur cum oleo et distillatur super vngulam et super coagulatum sanguinem sub oculo et confert.

L Et quandoque mastica tur cum sale et distillatur sputum sup sca biem et sebel et vngulam abscisam. et prohi bet adherentiam. et succus siluestris abster git visum; Et attrahit lacrimas. et nomi natur grece fumus

M Et ipsum eti am ponitur in cauterijs euulsionis pilorum

in oculo ⁊ non nascitur. Et quando bibit cum aceto mixto cum aqua confert diffi cultati anhelitus, ⁊ tremori cordis frigido. M. Et administratur cū oleo sup apo stemata testiculi. Et quādoq; administra tur cum oleo ⁊ farina fabaꝝ ⁊ frangit lapi dem. ⁊ proprie silvestre. O. Et ꝯfert distillationi vrine ⁊ mictui sanguinis. et dolori pungitiuo ventris. ⁊ inflationi. ⁊ succus silvestris triti cum aqua mellis sol uit ventrem. P. Inquit Rufus. Cimi num nabatium soluit ventrem: carmenū vero non soluit. imo stringit. Q. Et herba silvestris prouocat coleram in vri na. ⁊ datur in potu cum vino ad morsum vermium venenosorum. ⁊ ꝓprie silvestre cuius semen est simile semini lini.



Citrullus. Ca. cxxiiij.

Citrullus. Ysaac. in dietis particu laribus libro tercio: ca. de citrullis. Sunt frigidiores et grauiores cu cumeribus: frigiditas enī eoꝝ est in fine tercij gradus.

## Operationes.

A. Serapion libro aggrega toris capitulo tabera auctoritate galie ni. Citrullus frigidior est cucumere et generat chimū viscosum. ⁊ humores cru dos in venis. ⁊ accidūt ex esu eius febres antique male. neq; prouocat vrinā sicut melon. B. Et nocet stomacho. quare oportet qui vult vti eis vt vtatur ameos: nisi stomacho eius sit valde calidus. C. Et idem auctoritate Habix. Aque citrulli ⁊ cucumeris cōfert inflāmationi bus febriū ⁊ sedat sitim. D. Et laxat ventrem laxatione bona sine nocumento aliquo. ⁊ debet buliri cum zuccaro albo: et non oportet q detur habentibus natu ram duram ad mouendum nimis. quia il la aqua non habet tantam virtutem q la xat naturam duram: et si ipsa faceret mo ram in stomacho forsitan induceret labo rem ⁊ nocumentum ⁊ inflationes. E. Rabi moyses: Citrullus cū eius digestio tardatur generat humores venenosos. F. Ysaac in dietis particularibus libro tercio capi. de citrullis. Sunt frigidiores ⁊ grauiores ⁊ cetera. ꝓinde grossiū gene rant flegma ⁊ neruositati stōachi magis nocent cucumeribus. G. Rursus pro pter suam duriciem et frigiditatem sunt grossorū humorum generatiui. quod cer tificatur. quia citrulli in stomacho morā facientes venenosoꝝ corruptionē subeūt humoꝝ. Citrulli magis stomacho nocent medulla tñ eoꝝ ꝑfectiorē generat chimū.



Citri arbor


## Ca. cxxv.

Citrum. Auicenna li. ij. ca. de citro Citrum omnibus est notum. & oleum ipsius factum ex eo & ex corticibus eius est forte. & factum ex flore ipsius est debilius omni alio. Cortex eius est calida in primo sicca in fine secundi. Et eius caro est ca. in primo & hu. in secũdo. Quidam autem dixerunt q est fri. & hu. in secũdo. & eius fri. magis est. & ipi9 acetositas fri. & sic. est in tertio & eius semen ca. in primo sic. in secundo. Idem. Cortex eius est temperatus in caliditate. & est ca. in pmo gradu sic. in secundo. Semen eius est calidum forti siccitate. Pulpa eius fri. & hu. Galienus. vij. sim. far. capit. de citro sm translationem grecam. Milia indica id est citrum huius fructus ab omnibus nominatur citrum. in semine quidem acida qualitas & siccatiua dñantur vt secũdi sit gradus siccatiuum & infrigidatiuum. in cortice vero siccatiua participat complexione. non modicam tamen habens acediuem. quo circa & siccat hic cortex secundum tercium gradum. non tamen est frigidius. sed vel commoderate vel infra. Caro vero eius grossarum parcium est & flegmatica & frigida. Ipsa itaqz comeditur sicut & cortex eius esibilis est. et humidum quid habet acidum. de quo prius locutus fui. & quidem ĩ eo inuenit quod vere est semen. amarum autem. et est palam quoniam diaforetice est & siccatiue virtutis in secundo fere gradu recedens a commoderatis. & folia sunt exsiccatiue et dyaforetice virtutis. Et idem eodem li. et eodem capi. secundum translationem ara. Hatrox id est citrum & est pomũ aque. cortex eius non est frigidus. imo est aut equalis complexionis aut minus equalis parz & exsiccat quantum est de virtute & cõplexione sua exsiccatione habẽte acuitatem non paucam. Et ideo exsiccatio eius deuenit ad secundum gradum. semen siccũ in secundo gradu. folium est eiusdem ṽtutis exsiccatiue & rsolutiue. Diascorides capit. de citro. Citri non in partibus omnibus vis vna est eadem natura vel ṽtus Nam medulle eius vbi est semen acidaz potestatem ac per hoc stipticaz inesse manifestum est. Idem. Citrum habet semen simile semini piroz.

## Operationes.

A Auicenna. libro vt supra Caro eius inflat. & folia eius sedant inflationem. et eius flos est subtilior eis. et ei9 acetositas est stiptica frangens coleram rubeam. B Et eius semen & cortex in pannis ꝓhibet tineas. & eius odor rectificat corruptionem aeris & pestilẽtiam. & acetositas eius abstergit coleram rubeam. C Et aufert pannum quod ẽ ex cortice eius adustum est bonum in albaras linitum. Et decoctio eius efficit odorem bonum oris. Et est impinguatiua corpis. D Et cortex eius recentis in ore odorez oris efficit bonum. & eius decoctõ simile tur cũ retinetur in ore. & acetositas eius valz empetigini illinita. E Eius oleũ valet

mollificationi nervorum: et nõ fiat nisi ex cortice eius. et convenit paralisi: et ipsius acetositas est mala nervis. F ¶ Cõfert torture oris cum fit collirium ex acetositate eius: et removet yctericiam oculi. Eius acetositas sedat tremorem cordis calidi. Et nutritum est bonum gutturi et pulmoni. G ¶ Sed eius acetositas est mala pectori: et medulla citri cum aceto. si potatur ex ea medietas ascariati interficit sanguisugas transglutitas et educit eas. caro ipius est mala stomacho inflativa. tarde digestionis. quare oportet ut comedatur cum almuri H ¶ Et similiter nutrita cum melle est sanior et magis recipiens digestionem: et nisi sit plurima. ¶ I Et eiusdem quidem folia confortant stomachum et viscera. et postea flos ipius. et cortex eius ponitur in cibarijs sicut semina que pro condimento ponuntur. ppter sui duriciem K ¶ Et ipius decoctio sedat vomitũ colericũ. et facit appetitum. Et oportet quidez ne citrum comedatur singulariter q non misceaẽ cibo ante se et post se. L ¶ Eius caro facit utentez se possidere colicam: et ipsius acetositas retinet ventrem. Et confert solutioni colerice: et eius semen convenit emorroidibus: et in eius semine est virtus solutiva. ¶ M Et succus acetositatis eius sedat infirmitatem sciaticam mulierum: N ¶ Seminis eius pondus ʒ. ij. cum vino et chilẽ et aqua calida illinitũ resistit venenis omnibus. et proprie scorpionis bibitum aut linitum: et eius cortex est vicinus illis: O ¶ Et idez de viribus cordis ait. q cortex eius confortat cor: et est tyriaca contra venena. et ad hoc valet acetositas eius similiter. P ¶ Dyascorides: Citrũ pregnantibus fastidio laborãtibus esui datũ stomachum et nausea mundat. Citrum et in potione vini datum medetur querelis iecoris: Q ¶ Et aqua tritum et in sparsum humidis vulneribus adhibetur. Et pernonibus ex ea singulare presidium ẽ. Cortici austerior natura concessa. que quantum valeat Etiam de ipso odore testatur modico sumptus: Aut potioni calide diutius in mense beneficium nature digestionis operatur. R ¶ Paulus capitulo de citro: Cortex eius digestionem confortat. et valet contra cardiacam. media substantia eius male digeritur Sed interior id est acetosa competit usui medicine. appetitum confortat: et valet contra febres pestiferas Semina eius sunt diuretica: S ¶ Rabi moyses ubi loquitur de citro dicit: q cortices citri valẽt contra egritudines stomachi. et expellunt maliciam intestini ieiuni. et acetositas eius confortat spiritus. T ¶ Avenrois: capi. de citro: Cortex eius habet manifestum iuvamentum stomacho et epati: Medulla citri curat combustiones ignis. et curat mirabiliter ramicem puerorum: et potissime si ex ea fiat unguentum illo mõ. Accipe medullaz citri subtiliter incisaz et buliat in axungia porci recẽti. et postea coletur per petiam: et iterum reponatur ad ignem: et in fine misceatur mastix. olibanũ et cera alba. et erit optimum unguentum citrinum. ¶ V Sed attendendum q quãdo aliquod unguentum vel emplastrũ fit ex citro: debet fieri ex citro bene maturo Nam sm quod dicit avicenna Diacitrum et que fiunt ex citro debent fieri ex citro sole existente in capricorno. i. a medio decembris usq ad medium Januarij.



acrioris virtutis est. Nam apposita cata plasmatib⁹ euocat e corpe stirpes. Folia etiam eius apposita cathaplasmatibus occurrunt apostematibus. Semen eius granatum est. C ¶ Pli. Cauenda sunt eius genera pegrina. Siquidem arabicū pestilens. africū gingiuis inimicū Amarmaricū vuluis ⁊ oīm inflationibus Apulumq; vomitus facit. stomachū et aluum mouet. D ¶ Idem Huiusq; tyrsus ad remedia splenis ⁊ inflationes manditur ex aceto conditus. Neruus eius cum mastice chya manducatus os purgat. ¶ E Item dyas. capara q̄ multi cynosbaton vel caprion appellauere ex luctantibus componitur vtutibus. habetq; proijcere ac purgare. ⁊ extenuare. et euetare acredines simulq; adducere ⁊ constringere. Est enim stiptica. Ideoq; sthirosi splenis super omnia iuuat medicamina sicut videlicet iam dictum est supra.

Nō reperit apud nob

## ¶ Ca. cxxvj.

Cynosbatum. i. aiglentricum. Dyascorides. multi vocant ciricanta Et est arbor nimium spinosa cum radice alta. ⁊ in plurimas partes diuisa. Fructum habet mirte similem sed paulo maiorem. rubeum exterius cū venerit ad maturitatem. ac de intus lanam asprimā Semen eius siccum sine lana. Plinius li. xiij. In egipto ē caparis frutex firmioris ligni semīsq; ac cibi vulgati. caule quoq; vna plurimūq; decerpto. Idem li. xxiiij. Cinobaton q̄ alij cinobaston alij neurosbaston vocant. habet foliū hōis vestigio simile. fert vuā nigrā. in cui⁹ acino habet neru⁹. vñ ⁊ neruus passus dr̄. Alia ē capparim. q̄ medici cynosbaton appellauerūt.

A Gal. vj. sim. far. cap. de arnoglossa sive plantago maior. hec planta mixte cõplexionis est. habet enĩ quid aquosum frigidum. habet aũt quid et austerum q̃d est terrestre frigidũ et siccum quare infrigidat et desiccat et secundũ ambo secũde est abstãcie. quecũque aũt cum stipticitate farmaca desiccãt oĩbus mal' veterib9 vlceribus et reumatibus et putrefactionib9 conueniunt et ideo etiam dissinterijs: nam fluxus sanguinis figunt. B Et si q̃d pustũ est refrigerant et cõsolidatiua sil' sunt malorum vlcerum tã recentiũ q̃ veterum. In oĩbus autẽ hmõi farmacis vel pma vel nulla vltima arnoglossa est, pter. porrõ em cõplexionis C Hã et siccitas pticipat et frigiditas nõ stupefactiue. sz et fructus eius et radices cõsimilis vtutis sunt nisi q sicciores et minus frigide. sz fructus qdem plus subtiliũ parciũ est. radices vo plus grossarum. Ipa ãt folia herbe desiccate plus subtiliũ pcium et minus frigide sunt vtutis. eius exalata et euaporata supfluitate aq̃sa. Ipa pter ea qdem q̃ radicibus q̃dam ad dentiũ dolorem vtunt̃ masticãdo. et lotionib9 ipsarum decoctarum ad opilatiões et epatis et renum vtunt̃ eis. D Sz et folijs et multo magis adhuc fructu: pticipãt enĩ h oĩa absterſiue vtutis q̃ntũ decet ea fm ee̅ et ipsa herba putat̃ supari tñ a multitudĩe humiditatis. E Pandec. ca. vt sup. Arnoglossa, i. plãtago vtilis est ad siccandum vulnera et mũdificandũ putredinem eorum epar cõfortat. repugnat sacro igni. ne corpus ambiat. valet etiã emorroidib9. oẽm dolorẽ q est ex iguis adustione refrigerat F Succus eius cũ albumĩe oui sumpt9 liberat ytericũ. vtilis est emoptoicis et dissintericis. et qbus fluũt mẽstrua vel emorroide. vulnera pulmõis curat. Radix ei9 in aq̃ cocta dolorẽ dentiũ mitigat. si os ex illa aq̃ leuet̃. Succus ei9 valet cõ opilationem renũ. Delet maculas nigras. et stringit sanguinẽ. herba ipa masticata dolorẽ dencium tollit. Succus eius datus quartanario ante duas horas accessionis confert. Ualet etiam ad vulnera recentia cũ axungia. G Serapion auctoritate Galieni Uirtus eius est que incarnat. Et confert vlceribus corrosiuis omnibus et putredini eorum: et propter hoc confert vlceribus intestinorum. et incarnat fistulas et alia vlcera antiqua. Et semen eius et radix sunt propinqua huic virtuti nisi qr sunt sicciora et fortiora. Et semen eius est multum subtile. et radix eius est grosse substantie. et ipsa confert dolori dencium qñ

masticatur. et quando fit collutio oris cũ a q̃ ei⁹. P ¶ Et semina q̃dẽ ꝛ folia ꝛ radix sunt aperitiua opilationis epatis ꝛ renum: propter abstersionem que est in eis. nisi quia semen eius est forcius ĩ hoc satis quia in omnibus istis est v̉tus que abstergit satis. ꝛ fortasse est virtus in hac herba dum est recens. nisi quia vincit̃ ab humiditate que est in ea. vnde nõ est manifesta sua operatio propter suam victoriam humiditatis. ꝛ quando desiccant̃ folia eius fit virtus ei subtilior ꝛ minus frigida qm̃ aquosa superfluitas que est in ea resoluit̃ ꝛ destruitur. J ¶ Et idem auctoritate Alexandri: Arnoglossa retinet ventrem: quando bibitur ꝛ fit cristere cum ea. ꝛ cõfert febribus terciane ꝛ quartane quãdo bibitur succus eius. K ¶ Dyascorides cap̃. de arnoglossa. Arnoglossa cataplasmatibus adhibita sordida vulnera purgat. ꝛ reumata siccat. Profluentibus sanguinem occurrit. Maculas nigras ꝛ epĩcridas curat. ꝛ cicatrices vulnerum facile ducit. Semen eius tunsum ꝛ in puluerem redactum. ꝛ vulneri aspersum sanat. Ustionibus singulare presidium est. ¶ L Morsibus caninis auxilium prestat et tumoribus ꝛ scrofis maxime si cum sale imponatur. Cocta vero folia ipius cũ aceto ꝛ sale dissinterijs et ciliacis opitulantur: maxime si cũ lenticula adhibeant̃. Ydropicis cocta succurrit. Epilenticis ꝛ asmaticis prodest accepta: Succus eius vulnera oris purgat gargarismo:



## ¶ Ca. ccc xxxiij.

Plantago minor. Sera. li: aggre. cap̃. lisen. et est Plantago: Cuius due sunt species. scʒ maior ꝛ minor De maiori iam dictum est Sed minor hʒ folia subtiliora ꝛ minora ꝛ tenuiora q̃ folia maioris ꝛ habet virgam que inclinat̃ versus terram multos ramulos habẽtem ꝛ flos eius est croceus. ꝛ semen eius est in radice lingue. Dyas. cap̃. Arnoglossos: Eius genera sunt duo. Unũ dr̃ Polipleuron. Est etiam aliud sed minus. Min⁹ võ habet minuta folia ꝛ angusta ꝛ lenia. virga eius multos habet angulos inclinata ad terram. florem viridem habens. ꝛ sem̃ sup ipaʒ v̉gã: nascit̃ võ ĩ cardiarijs locis:

## ¶ Operationes.

A ¶ Dyas. ca. de arnoglossa inquit. Minoris plantaginis succus collutioni dat oris ex folijs ꝛ sanguinantes gingiuas curat. ¶ B ¶ Item succus tepefactus fom̃to ventris dolorem tollit. Succus biben

dus est eis qui purulenta reijciunt cũ sanguine. In serpentis morsu plantago minor trita cum vino sumitur ℭ ¶ Comesta autem sola vel cum lenticula cocta et oleo viridi cum aceto dissintericos ꝛ stomaticos curat. Si cui vulnus secus oclin vel nasum natum fuerit succus eius cum lana molli impositus per dies nouem curat. D ¶ Item succi eius coclearium vnum bibitum lumbricos excludit. similiter facit pistatura in vmbilico posita. Si qua duricies in corpe nascitur herbaꝫ pistatam cum axungia sine sale quasi malagma impone. Succum eius in aqua mulsa ante duas horas accessionis potui da quartanarijs ꝛ miraberis eius effectum. E ¶ Ad podagram ꝛ omnem neruorum dolorem vel tumorem folia eius pistata cum modico sale optimũ est. vulnera recentia cum axungia veteri curat sic et parotidas Si cui pedes doluerint ex itinere cũ aceto imposita tumorem ꝛ dolorem tollit Fistulas tunsa ꝛ imposita facilime sanat. F ¶ Omnes difficultates vesice folia et radix eius potata fortiter medenť. qꝛ habundanter infrigidant ꝛ desiccant ꝛ repmunt. propter quod ad vlcera maligna ꝛ reumatica ꝛ putrida iuuant. Herba ipsa dissintericos iuuat. ꝛ emorroidas repmit Ista infrigidat ꝛ glutinat. desiccat enim absqꝫ mordicatione. G ¶ Semen aũt eius ꝛ radix similia sunt virtute. ꝓpter q̃d sicciora sunt ꝛ minus frigida Semen preterea habet subtiliandi virtutem. folia extenuandi. radix impinguandi. q̃ masticatur in dolore dentium. Ad oris etiam lauationem facit ꝛ epatis ꝛ renũ emfrasim. H ¶ Multi dicunt radicem eius collo suspensam scrofas nasci non dimittere. hec predicta etiam Serapion refert auctoritate dyasco. licet ꝑ alia verba




## ¶ Ca. cccxxxiiij.

Platanus arbor. Pandecta ca. cccxvij. Dulb vel baccã arabice. grece suffire. latine platanus arbor vł scotanũ. Ubi sciendũ. ꝙ scotanũ est illa arbor cũ qua in hyspania tingunť panni. et nos vocamus eam barzi. ꝛ est platanꝰ arbor. vt patet ꝑ ꝯcordiã Auicenne eiꝰ cap̃ cum dyas. cap. de platano ꝛ profert velut nuces ꝑuas. vt Jo. serap̃. cap̃. de dentifricijs. Item in dyas. ꝯm translatõnem arabicam ca. de platano. Arbitror platanũ esse dulb. Item Stephanus cap̃. de platano. Platanus est dulb. Sera. li. aggre. ca. dulb auct. Ysaac. Dulb est arbor magna extensa habẽs folia magna similia palme manus hõis similia folijs kerue Nisi quia sunt minora quoꝝ sapor est amarus ponticus. ꝛ cortex ligni eius est grossus rubeus. Color vero ligni eius quãdo scinditur est medius inter glaucedinem et rubedinem. ꝛ habet florem paruũ lenẽ glauci coloris In cuius loco qñ cadit nascitur granum asperꝝ glaucũ vergẽs ad rubore.

pulverulentum in supficie. sicut granũ catapucie. hec in hispania vocat᷑ palma cristi. cũ q̃ ibidem tingunt᷑ pãni. similiter folia eius similant᷑ folijs ellebori nigri. Galienus. vij. sim. far. ca. de platano inquit. Sba eius est fri. ⁊ hu. nõ lõge a rbus temperate ꝯplexionis. Dyas. ca. de platano. Platanus habet virtutem fri. ⁊ hu.

## Operationes.

A Gal. Folia eius recẽtia qñ terunt᷑ et ponunt᷑ sicut emplm̃ sup apata q̃ fiũt i geniculis sedat ea sedatõe mãifesta. ſʒ corticis eius v̄tus est q̃ desiccat adeo ꝙ cortex ipe coquit᷑ cũ aceto. ⁊ ꝯfert dolori denciũ B Nux v̄o eius qñ administrat᷑ cũ axũ ungia ꝯfert apatibus q̃ accidũt a ꝯbustõne ignis. Cortex eius qñ comburit᷑ est medicia desiccatiua abstersiua. Cõfert egritudini cũ q̃ eleuat᷑ cutis. ⁊ cinis eius curat vulnera in quibus est sordes et putredo. ꝓpter nimiã humiditatẽ exñtem in eius loco. C Et oportʒ ꝙ caueat᷑ multum a puluere q̃ est in folijs eius ⁊ in fructu. qꝛ ẽ nociuus valde cãne pulmõis Ideo qꝛ desiccat multum ⁊ inducit asperitatẽ. ⁊ nocet voci ⁊ locutioni et etiam visui et auditui si cadit in auribus vel in oculis. D Dyas. Emplastrum eius sedat apostẽata calida que fiunt in genu. Et qñ cortex eiꝰ ⁊ nux eius comburunt᷑ ⁊ fit emplastꝝ cum eis. ⁊ adipe porcina aut arietina. confert vlceribus putridis. Similiter ⁊ cinis eiꝰ facit solus hoc. E Et qñ coquuntur folia eius recentia cum vino ⁊ fit emplm̃ cum eis ꝓhibet cursum humoꝝ ad oculũ. ⁊ r̄solnit apata flegmatica. ⁊ qñ cortex coquitur cum aceto ⁊ fit collutio cum eo cõfert dolori denciũ. F Et qñ fructus eius recens bibitur cum vino cõfert morsibus venenosis. et quando administrat᷑ cum axungia curat combustionem ignis Et pulvis folioꝝ eius quãdo cadit in oculum aut aures nocet multum. Similiter ⁊ pulvis qui est super fructum eius G Cortex eius cũ vino scorpionũ ictus restringit. Lanugo folioꝝ oculis et auribus est inutilis.



## Ca. ccc xxxv.

Paliurus. Ysidorus. Paliurꝰ est herba asperrima et spinosa. Glosa super Ysaiam. xiiij. Paliurus tanta spinaꝝ circũdatione denscit. vt p asperitate vix tangi possit. Pliñ. li. xiij. Cirenaica regio. lothon ꝓposuit sue paliuro. fructu cosioꝛ est hec fructuqʒ magis rubeus. cuius nucleus non sit mandit᷑ Iocũdus per se atqʒ suavioꝛ vino quin ⁊ vina succo suo cõmendans

## Operationes.

A Pli. li. xxiiij. Paliuri q̃d est genꝰ spie Semen eius afari zuram vocãt. Contra serpentes efficacissimũ est. Item calculosis ⁊ tussi. folia vim astrictoriã hñt. B Radix discutit pãnos. collectões vomicas vrinas trahit potata. Decoctũ eiꝰ in vino aluũ sistit. Serpentibus aduersatur Radix ꝓcipue dat᷑ in vino Hacce purgationi mulieꝝ ꝓsunt. Ciliacis. dissintericis colericis ꝓdest. Radix decocta et illita extrahit infixa corpi. Utilissima q̃ʒ tumoꝛ

bus est ac luxatis C ¶ Dyas. Paliurus est q ab alijs acus palearis dr. vl cicer domesticu vocat. Folia eius et radix stiptice vtutis sunt. ita vt ventre fluente pstringat. In hoc q3 diaforetice vtuti participat. vt in vesica lapides frangant: et ex torace atq3 pulmone sputamina flegmatica cu huore educat: Dr et lauaria. eo q plerique ex ea lauant: Semen illius bibitu tussim compescit. lapides vesice frangit. Morsibus venenatis occurrit. D ¶ Eius elixatura bibita ventrem stringit: Urinam puocat: Uenenis acceptis obuiat. Folia eius vt cathaplasma iposita curant apa ta si sint recentia. Radicibus q3 sicut et folijs est virtus stiptica




## ¶ Ca. ccc xxxvj.

Pastinaca domestica. Ysido. dr eo q radix eius sit pcipuus hois pastus. Est em odoratu iocuda cibo delectabilis. Palladius li. iij. Pastinaca vere serit. pmo semine ponit et plantis loco pingui et soluto alci9 pastiaco. Raraq3 statueda est robur accipiat: Pli. li. xix. lignosiora sunt ortulana qdam a nobis posita in cartilaginu gne. miruq3 saporis vehementiam omnibus inesse: Ex his vnu est genus pastinace sed agreste qd prouenit sponte schaphilinis grece dicit. Altera vero sc3 domestica. serit radice vel semine. Primo vere vel autumno vt placet higino. februario: augusto. Septembri: octobri. solo q altissime refosso vtilis esse incipit annicula vtilior yma: gratior autumno. patinisq3 maxime. Et sit q3 vtus ei est intractabile. Sera: li. aggre. ca: lezar id est pastinaca. Est ex ea domestica et silvestris. Domestica qdem est nota. et illa habet radicem in longitudine vnius palmi boni odoris q comeditur.

## ¶ Operationes.

A ¶ Galienus. viij. sim. far. cap. Stafilinum. i. pastinaca. domestica quidem debilior. silvestris vero fortior est ad omnia Domestica vrinas mouet. et menstrua pvocat. et tota quidem herba. maxime vo semen et radix: Habet autez et quid abstersiuum in se. quo circa et fagedenosa vlcerz quidam cu folijs viridibus et melle cathaplasmant aut mudificant B ¶ Et ide in li. de cibis cap. de pastinaca. Radices harum domesticaz comedunt Alimentu quidem minus rapis habetes: calefaciut autem manifeste. i. in medio secundi gradus et humectat in primo gradu. et aliqd aromatizans. indigestibilitas quide igit similiter ipis inest et alijs radicibus. Urinatiue autez sunt Et si habundat aliquis in ipaz vsu mali chimi generantur: C ¶ Siluestrem pastinacam quidam vocant daucum: magis vrinatiuum quidem existentem. magis autem medicinalem iam et multa decoctone indigentem si debeat quis comedere ipsum De illa lege caplm daucus D ¶ Dyas. Pastinace vis omnis in radice et semine costituta est. dissintericis q3 vetustis vtilis est. Dentes eius radice circumdati credunt a doloribus relevari.



## Ca.ccc xxxvij.

PAnis porcinus latiē: arabice Buthormarien, vel alcharincha. vel artanita. grece vero leucopodiō vel ciclaminus, Ubi ſciendum ꝙ Auicē.li.ij: cap̄.de artanita dicit ꝙ alcharincha vel artanita eſt ciclamen. ⁊ eſt panis porcinus. Sera:li;aggre.ca. Buthormarien dicit buthormarien.i.ciclamen. Almanſor ca: de apoplexia In criſteri nāq; q̊d facit ponit artanitā et buthormarien. credo ꝙ ſit error in ſcribendo: qm̄ buthormarien ſm̄ Sera. eſt ciclamen: ⁊ artanita: ſm̄ Auicē. ē̄ſt ciclamen. Unī Sera li:aggre: auct. Diaſco. Buthormarien.i.ciclamē ⁊ bꝫ folia ſimilia plante q̄ dr̄ ciſſus:i. edera. niſi qꝛ ſunt maculata maculis albedini trahēti bus. ⁊ bꝫ virgam ad nigredinē tendentē. ſine folijs: cuiꝰ lōgitudo eſt q̄tuor digitorum ⁊ amplius. ſup̄ ꝙ̄ eſt flos ſimiliſ roſe rubeus aut purpureus ⁊ bꝫ radicē nigrā. g̃ſſam rotundā latā ⁊ p̄ſſam ſil'e rape naſcit̄ in locis vmbroſis maxīe ad vmbrā arborum. Et incidit̄ radix ⁊ ſiccatur ſicut ſquilla. Dyaſ.ca. de ciclamine ſm̄ tranſlationem nr̄am; Ciclamen.i.panis porcinꝰ folia bꝫ ſimilia ciſſoſ: ⁊ vario colore picta inter que ſunt ⁊ alba folia; tyrſus ei eſt nudus ſine folijs vnius palme. habens in ſummo flores roſeos vel purpureos cuiꝰ radix nigra eſt. intus v̊o alba ⁊ g̊ſſa ⁊ lata ſicut rapa Gal'.vij.ſim;far.ca. de ciclamine. Ciclaminus varius v̊tute eſt. etem̄ abſtergit ⁊ incidit ⁊ attrahit ⁊ dyaforat: palam em̄ eſt ex actibus qui ſm̄ ꝑtem. Et ſubdit; Alius vero ciclaminus quē q̄dam Ciſſanchomiū nōiant eo ꝙ odore ⁊ flore aſſimilatur. radicē inutilē hn̄ſ. fructum v̊o bꝫ opatiuū ſufficienter. Pli;ca; de ciclamine Ciclamen.i.panis porcinus. in folijs eſt ſimile ciſſos ī figura. Et ſunt colore varia radix nigra ⁊ rotūda in medio dep̄ſſa, eſt ei tyrſus nudos cū flore purpureo Eſt aliud genus ciclaminis; q̊d appellāt ciclatemon. folia bꝫ ciſſo ſimilia ſꝫ mīora; haſtaꝫ g̃ſſam ⁊ nodoſaꝫ; q̄ haſta ſi arborē ꝓximā habuerit adheret illi; florē bꝫ albū ⁊ odoratum. ſemē butruoſū ⁊ ſil'e vuis ⁊ velut ciſſos. guſtū hn̄s muſcilaginoſuꝫ ⁊ viſcidū ſꝫ inutile. locis aſꝑis ⁊ aridis naſcit̄. Idē Ciclamen ca. eſt ⁊ ſic. in.iij. gradu. q̄ et caſſamus panis porcinꝰ ⁊ malū terre appellatur. Radix eſt ei tuburoſa. q̄ q̄nto maiores tanto meliores. ſic ꝙ ip̄a radix recens ⁊ exſiccata magnā bꝫ efficaciaꝫ. ſꝫ recens maiorem bꝫ. Debet āt circa finē autūpni colligi ⁊ in q̄tuor ꝑtes ſcindi. et cū filo ſuſpendi ⁊ paꝝ ad ſolem ponat̄ et in vmbroſo loco exſiccet̄ bꝫ autem v̊tutem diſſolutiuam ⁊ conſumptiuam.

## Operationes.

A Pan.ca.c.xiiij. ad emorroidaſ inflatas ⁊ non fluentes ſed exterius apparētes ſuꝑaſpergatur puluis eius. vel illiniatur ex ſucco eius ſi interius latitant iniciāt in modica q̄ntitate ꝑ criſtere. B Ad menſtrua ꝓuocāda ⁊ matricē mundificā dam triferam magnā reſolue in oleo muſcellino vel cōi ⁊ buliat ad ignē in ciclamine. ⁊ de bōbace in hoc intincta fiat ſuppo

sitorium: L ¶ Contra tenasmonem ex
flegmate vitreo succus radicis eius cum
oleo cõi in ipõ pomo buliat. ⁊ bõbix ītin
cta supponatᷣ. B ¶ Contra viciũ sple
nis. malum terre in multa q̃ntitate mũda
tum ⁊ contritũ: ꝑ sex dies in vīo ⁊ oleo mo
retur vt ibi marcescant cuius colature ad
datur cera ⁊ parum aceti. ⁊ decoquatᷣ ad
spissitudinem. p̃cedentibus alijs mollifi
catiuis hoc efficax est si postea inungatur
vel ex succo eius vel ex puluere si deest suc
cus. ꝯfice cum olõ ⁊ cera in modũ vnguẽ
ti. ⁊ inũge egꝝ sepe. E ¶ Contra ap̃a
ta ex causa frigida. q̃ nõ p̃nt rũpi p̃ spissi
tudine cutis. pomũ ip̃m ꝯteratᷣ et in oleo
buliat ⁊ calidũ supponatᷣ. aut ꝑ exteriora
purgabitᷣ F ¶ Contra fistulã̃ tenta de
radice eius fcã̃ si imponatᷣ os amplificat
⁊ os aliq̊d si interi⁹ fuerit attrahit vt me
lius cũ tenaculis attrahi poterit. Puluis
eius carnem sṗfluã̃ corrodit. Cõtra po
lipum puluis eius suꝑaspergatᷣ suꝑ stuel
lum q̊ in naribus ponatᷣ. G ¶ Dyas.
Radix eius cũ aq̃ bibita flegma et tumo
res ꝑ ventrem deponit. menstruis imꝑat
supposita ⁊ bibita. Et dr̃ si suꝑ radices ei⁹
mulier p̃gnans transierit aborsum facit.
H ¶ Diu parturientibus sub femora po
sita citius parẽ facit. Cũ vīo bibita vene
nis ꝯ̃ria est. Quã maxīe bibentibus lepo
rem marinũ. cataplasmatibus adhibita
morsus venenatos saluberrime curat: Vi
no mixta aut bibita cũ passo aut cũ mulsa
aq̃ta ī modũ. ℨ. iij. ycteritos purgat ⁊ sple
neticos. ⁊ si in loco calido coopti fuerint
vt sudare possint bonũ est q̊ sudore īueni
es colerã̃ rufam deponẽ. I ¶ Succus
eius melli mixt⁹ et narib⁹ inmissus caput
purgat. Tũsa ⁊ ano supposita hũores de
ponit. Trita ⁊ vmbilico īposita. ⁊ suꝑ pe
ctinẽ ventrẽ mollit. Cataplasmatibus ad
hibita tumentẽ splenẽ attenuat ⁊ succi ei⁹
ℨ. ij. accepte cũ modico vīo ℔ potissime fa
cit: K ¶ Sal. Succ⁹ ciclamīs emorro
idas aꝑit ⁊ ꝓuocat violenter ad egestõez
in licinio aꝑposit⁹ ita ã̃t ⁊ cũ his q̃ in sclira
ta ⁊ scrofulas: ⁊ oẽs alias duricies euapo
rant. Oportet aũt vt puto esse bibendum
aquã̃ eius vsq; ad tres ℨ. vl' cũ vino dulci
vel cũ mellicrato. Et subdit: Est alia spẽs
ciclaminis cui⁹ radix est inutilis. fruct⁹ vo
est oꝑatiuus sufficienter q̊ circa ⁊ cũ vini
albi ciatis duobus bibit⁹ plurib⁹ diebus
sanat splenes. mouens ⁊ vrinas. ⁊ vrntrẽ
subducens L ¶ Aui. li. ij. ca. de artani
ta. i. panis porcin⁹. Artanita illud q̊d de
ea administratᷣ ẽ radix eius q̃ est incisiua
resolutiua. ⁊ est bona doloribus iunctura
rum. ⁊ vtriusq; anche. et facit sternutatio
nem. ⁊ vehementer aꝑit opilatõem. ⁊ cõ
strictionẽ nariũ ⁊ colatorij. ⁊ ꝯfert singul
tui. ⁊ eijcit semen. Et eius decoctio valet
pũcturis venenosis. ⁊ similiter syrup⁹ ei⁹
loco eius ponitᷣ in iuuamento q̊d efficit
venenis eq̃le põdus de aristologia lõga
⁊ semine citri ⁊ mẽtastro M ¶ Jo. me.
ca. de artanita: Artanita est panis alcur
uit vl' panis porcinus. ⁊ ab alijs pãis fau
ni dr̃. ⁊ īueniuntᷣ ex eo ꝑuũ ⁊ magnũ. mag
ni aũt radix est in modũ rape rotũde. cui⁹
ꝑs exterior est terrea nigra: interior aũt al
ba. Et eleuantᷣ radices suꝑ frõdes ⁊ floẽs
ẜm semitaꝫ violaꝝ subalbidaꝝ sine eleua
tione stipitis suꝑ radices: Paruũ ãt hꝫ ra
dices subterraneas plurimas in modum
auellane ⁊ ciceꝝ. Ca. ⁊ sic. cõplexionis est
in principio tercij gradus. ⁊ est incisiuũ.
subtiliatiuũ. calefactiuũ. resolutiuum: ab
stersiuũ: mũdificatiuũ: ⁊ aꝑitiuũ opilatõ
num: Et est ex rebus sudorem exuberare
facientibus. ⁊ ex maxime mũdificãtibus
cutim: ⁊ resoluentibus feditatem eius
N ¶ Et dixit Sera. Accipe succi eius. ℨ.
iiij. et dissolue cum zuccaro et coque vsq;
ad terciam partem: ⁊ propinetur in mãe
est eñi medicina certa ad ycterіciam: Et
dixit grecus: Succus eius cum mellicra
to aut secaniabin: ⁊ proprie de quolibet
partes equales cocte ⁊ sumpte secundum
suꝑiorem decoctõem sunt medicĩa expta
ad yceritiã citrinã. Põit q̊; mes. in eodẽ
ca. duas descriptiones vnguenti de arta
nita quas ibi reqre. O ¶ Idẽ Jo. me.
Solutõe educit fleg̃ muscilaginosũ sum
ptum ⁊ suppositũ ⁊ etiã linitũ suꝑ femur.

Et cōfert colice flegmatice. et ei que fit ex retentione fecis. et est ex rebus mūdificantibus caput et oculos. et ꝓpe purgat caput purgio ex eo facto. et abscindit emigraneam frigidam et sodam. et confert tremori et paralisi. ¶ Et dr̄ ꝙ si suspendatur in collo mulieris radix eius ipa non cōcipit. Et linitur ex eo anus et ꝯfert egressui ei⁹.




# ¶ Ca. cccxxxviij.

Peonia latine. ara. Pinuser. grece. penterebon vel Pentaboram: vel pernia l' glikisiđe. Sera. li. aggre. cap: peonia auct. dyas. Peonia est arbor et eius due sunt species. s. masculus et femina et masculi sunt folia similia folijs nucis et radix ei⁹ est gr̄ossa sicut digit⁹ et lōga lōgitudine palmi color ei⁹ ē albus Femine vo folia sūt similia folijs smyrniō. et sup sūmitates ramorum ei⁹ sūt sicut camerule. et apparēt in eis grana rubea sicut sāguis pua sil'ia granis granati. et inter illa illa grana sunt femina nigra seu purpurea. et radix ipius ē rāosa. et radices eius sunt siles glandibus. vij. vł. viij siles radicibus affodillorum. Idem auc. Galie. Sba eius est subtilis. et sapor ei⁹ ē stiptic⁹ pauca stipticitate cū dulcedine. et qn̄ diu masticatur apparet in ea acuitas et mordicatio et amaritudo pauca v̄tus ei⁹ est q̄ calefacit caliditate pauca. et desiccat desiccatione forti. Avi. li. ij. ca. de peonia Peōia alia est mascul⁹. et alia femia Mascul⁹ q̄dem radices hz albas g̃ssas vt digitū stipticū hñs gustū. et femia hz radices in pl'ias ptes diuisas. et ramos. est ca. et sic. vehementer In ipa sunt exsiccatio et stipticitas cū rsolutiōe et aptiōe et subtiliatiōe et icisiōe et abstersione. et qn̄ masticatur vna hora apparet p⁹ eā acuitas ad stipticitatē declinās. ysi. Peonia dr̄ a peone medico a q̊ inuēta phibetur. Hāc qdā glicisidē vocāt. eo ꝙ dulcis saporis sit l' pēterobinā a nūero granorū. vel vt alij dactilos a sil'itudie digitorum. nascitur āt in insulis. Ex herbario. Peonia in sūmitate hz maligranati magnitudinem. q̄ noctu lucet q̄si lucerna et hz granū cocci similem. noctu a pastorib⁹ inuenitur res est saluberrima

## ¶ Operationes.

A ¶ pla. Peonia ca. et sic. in. ij. gradu. Et contra epilentiā habet v̄tutem occultam collo pacientis suspensa. vt testatur Galie. de quodā puero. cui⁹ collo dum suspensa erat non paciebatur. ea vo sublata. morbo affligebatur. Sz quidā dicunt hoc non de qualibet verum esse. sed de quadā specie tantum. Ad idem valet puluis eius dat⁹ in succo pigani. Cōtra palisim datur succ⁹ eius cum vino decoctōis castorei. Cōtra stranguiriā et dissuriā datur vinū decoctōnis eius pulueris B ¶ Constantinus in li. graduū. Peonia est in. iij. gradu ca. et sic. Quidam habet ponticitatis. et q̄dā dulcedinis. Qua masticata sentitur i ore. amaritudo modica cum aliquāto acumine. Unde prouocat menstrua cum melle bibita. Epatis et splenis opilationem cū acumine aperit ventrē. constipat cū sua pōticitate. Ideoqz cū vino bibita diarriam i intestinis curat. epilēticos q̄z iuuat.

¶ Auicenna: Peonia est ca. et sic. vehementer. In ipa sunt exsiccatio et stipticitas cum resolutione & aptõe. ac subtiliatione & incisiõe & astersione: et qñ masticat̃ apparet post eã acuitas ad stipticitatẽ declinans. Abstergit vestigia nigra in cute. Confert podagre: Cõfert epilentie ita q̃ etiã suspẽsa Et vt inqt Judeus qdã suffumigatio fcã cũ ei⁹ semie. ɔfert demoniacis & epilẽticis: & sanat eos. Ego ãt dico q̃ h̃ est forsitã spẽs peonie rõnel Nã illa que ex india fert̃ ad nos nõ h̃z effectũ in hoc ca. D ¶ Et bibunt̃ de semine illius. xv. gña cũ vĩo aut mellicrate. & ɔferũt incubo valde. Naturã retinet decocta cũ syrupis põticis. ɔhibetq̃z materias effusas ad stõm. & mordicatõem ipi⁹. Radix ei⁹ ɔfert yctericie & apit opilatõem epatis Potus eius vrinã ɔuocat. Et ei⁹ decoctio cũ vino vẽtrem stringit & ɔuocat De radice ipi⁹ qñtitas auellane ɔfert dolori renũ ac vesice. Grana eius cũ vĩo ɔferũt ɔfocatõi matricis: & abscindũt fluxũ sanguinis. ¶ E Dias. Peoniã gideõ dactilicũ vocat & radicẽ ei⁹ peoniã. bastas h̃z cũ ramul' lõgas duab⁹ palmis. & est mascul⁹ & femia: Masculus h̃z folia iũci regali sil'ia. Femia vo folia diuisa. & in sũmo emittit ex se vgas q̃si cucurbitaꝝ cariolas. folliculos h̃z velut amigdala. i qbus ẽ sem̃ diuisũ. & minutũ ac rufũ malogñato sil'e. s̃z ĩ medio sunt v. vel. vj. gña nigra & subpurpurea. radix mascl'i q̃ssitudinẽ h̃z digiti duob⁹ palmis lõga & gustu stiptica. Feĩa vo radicẽ h̃z si cut balan⁹. in. vj. l'in. viij. ptes diuisã affodillo silem. & illa dr̃ pionia de q̃ in seqnti ca. dicet̃ F ¶ Dat̃ h̃ mulierib⁹ vt facile purgari possint ĩ modũ amigdale cũ vĩo bibita dolorẽ intraneoꝝ ɔpescit: ycterícis ac nefreticis & vesice dolorib⁹ ĩ vĩo elixa & bibita maxĩe subuẽit. ventrẽ abstinet stõachoq̃z ɔmesta sanitatẽ p̃b̃z G ¶ Stõatícis dolorẽ tollit & ab ĩfantib⁹ ɔmesta ĩicíũ calculoꝝ excludit. nigꝝ sem̃ acceptũ lõ gl⁹ arcet. p̃ssurã sõnioꝝ & offocatões ¶ H Radix mẽstrua multũ mouz: Cũ amigdalo vo ĩ mulsa potã ep purgat. renes cõstipat. I ¶ Et q̃z stiptica ẽ ɔstrigit vẽtris reuma cũ vĩo austero cocta & potã Integ̃ vo herba fortiter desiccatiã ẽ. ita vt radix ei⁹ appẽsa pueros epilẽticos sanat. ẽ. n. vt⁹ leptõ eris h⁹ herbe desic. & ca. nõ mãifeste



## ¶ Ca. ccc xxxix.

Pionia. Sera. au: dyas. peõia. i. pionia. & ẽ arbor & ei⁹ due sũt spẽs: s: mascul⁹ & feĩa: & masculi sũt folia similia folijs nucis: & radix ei⁹ est g̃ssa sicut digit⁹ & lõga lõgitudĩe palmi color ei⁹ est alb⁹: feĩe vo fo. sũt sil'ia fo. smirniõ. et sup sũmitates rãoꝝ ei⁹ sicut cãerule. & apparẽt ĩ eis gña rubea sic sãguis ꝑua sil'ia gnis g̃nati. & iter illa gña sũt feĩa nigra seu purpurea. & radix ipius est ramosa. & radices eius sunt similes glandibus.

## ¶ Operationes.

A ¶ Gal. vj. sim. far. ca: de piõia. glikisidesiue pionia q̃ & pãtateraã vocãt radicẽ stipticantẽ h̃z cũ q̃dã dulcedĩe. ampli⁹ ãt masticã lõgo tpe apparz in: ea acumẽ cum pauca amaritudĩe & cũ acredĩe. ꝑptẽa igitur & mẽst. mouz: & vrinã qñ bibit̃ ĩ q̃nti. vni⁹ amig. cũ mellicto terẽ oz & ptractare.

⁊ita emplastrata purgat opilatum epar ⁊ renes. sed hec quidem in quantum acris ⁊ amara facere nata est. in quantum vero ⁊ aliquid stipticitatis habet: siquidem q̄ secundum ventrem fluxus habentes scḋm veritatem sistere apta est cum vino stiptico potata. ⁊ virtus eius est multum desiccatiua: ⁊ propter hoc speramus q̄ quādo ligatur ī aliq̄ re et suspendit̄ ad collum infantis epilentici q̄ sanat̄. ❡ Et ego quidem vidi puerum octo mensibus nequaq̄ occupatum ex quo potari cepit radicem: vt aūt decidit quoquo mō a collo quod erat applicatum statim fuerit epilēticatus. Alia iterum salubriter se hēbat ❡ Uisum autem fuit mihi vt iterū auferre eam causa experientie ⁊ ita facientib⁹ q̄ iterum fuit occupatus. rationabile est ergo vt aut alique partes radicis affluentes. deinde attracte p̄ anhelitum sanarēt ita pacienti aut loca. aut ipso aere mutato ⁊ alterato a radice. sic enim yrinus liq̄r confert gutturi flegmonem pacienti. ❡ Et torrefactum malachium. i. nigella manifeste cataros ⁊ corizas desiccat si quis ligans illud in panno raro attrahit frequenter p̄ nares caliditatem que ex eo ❡ Et similiter si accipiatur filum lane ⁊ precipue illius lane que reperit̄ in concilijs marinis. scȝ purpureis ⁊ tingat̄ tinctura que dr̄ grana: deinde inuoluat̄ istud filum in collo vipere. ⁊ stringat̄ donec strāguletur vipera cum eo. deinde filum īuoluatur circa collum habentis squinantiaȝ aut illud quodcūq̄ apostema in gutture vel in collo videbis ex hoc magnum mirabile istius fili. sed hoc q̄dem forte semoti⁹ alibi tractabimus. ❡ Pionie vō cōplexionem sciendum est subtilium partiū ⁊ siccatiuam. nō tamen insigniter calidā sed vel cōmensuratam vel paulo quodā modo. ❡ Auicenna de viribus cordis dicit q̄ confortat cor. Paulus cap. de pionia dicit q̄ est calide ⁊ sicce complexionis in secundo gradu.




## ❡ Ca. cccxl.

Petrosilinū. Ysi. in li. ethiologiarū xvij. Petrosilinum dr̄ eo q̄ apio sit similis: ⁊ nascat̄ ī petris mōtibusq̄ p̄ruptis q̄d nos dicere possum⁹ petrapiū Silenō enī grece apiū dr̄. sȝ est summū ac p̄babile macedonicū gustu suaue ⁊ odoꝛe aromatico. Pla. Petrosilinū est in: iij. gradu ca. ⁊ sic. Est āt duplex dōesticū et agreste: cui⁹ semē maxie ꝯpetit vsui medicie

## ❡ Operationes.

❡ Pli. li. xx. Petrosilinō appellāt q̄ddā apij gen⁹ in saxis natū ad vomitas codearibus binis cū succo marrubij ad ciatum ⁊ aque ca. tribus ciatis p̄cipuū: ❡ Dyas. Petrosilinō in macedonia nascit̄ in rupis vel in speluncis. Semē eius est minutum aneto simile: odoratū ⁊ viscidū: ⁊ arōticum. Uirtus est illi diuretica. Menstruis impat. vrinā habūdanter p̄uocat: maxie cū vino datū īflatōes stōi ⁊ colli cōpescit desiccādo nimis ⁊ calefatiendo: tortōib⁹ q̄z subueit. diureticis et̄ miscet̄ anditotis

C Constantinus in li. graduum. Petrosilinum dicunt apij genus qd ca. est et sic. in fine tercij gradus. Unde Gal. Petrosilinum inquit cathaplasmatum pustulis aut morsee vel scabiei ea mire mundat.

D Semen eius vrinam et menstra prouocat. ventositatem et inflationem dissoluit. valet ydropicis et periodicis febribus dolorem renū et vesice amputat epar mūdificat. Opilationē apit: maxīe si fuerit ī renibus ventositatem colice passionis dissoluit. Vulue suppositum menstrua prouocat. et secundinā et mortuū fetū expellit.

E Ysaac. Petrosilinū ca. est et sic. in fine tercij gradus. Ideoqz diureticum est. incidens vrinam. et menstrua prouocās. ac ventositatem dissoluens et inflatōem. Cathaplasmatum sup pustulas scabiem ac morsam miro mō mūdificat. vñ fit idropicis iuuatiuū. et periodicā febrē pacientibus Renū dolorem ac vesice placat. qr corpis poros apit: viasqz rarificat et humores extenuando cum sorde et vrina pijcit. F Epar et vulnera mundificat. et opilatōes eorum aperit. Secundinā et fetū mortuū expellit. Quo etiam potui dato mundificat grossos humores. G Platearius Cōtra easdem causas et eodē mō valet q peucedanum. et competens fit de domestico salsamentū. Herbaqz ipa ibidē posita digestionem ↄfortat et ventositatē excludit.

H Bartholomeus in li. de ppetatibus rerum: Petrosilinū est herba ortēsis odorata sic dr eo q in petris et locis petrosis sepe oriat. Eius spēs sunt plures sed optimum est macedoniū suaue gustu et odore Item vt dicit Ysido. aromaticū est vsus eius ↄuenit esui et etiā medicinis. Est em herba ca. et sic. et multū diuretica. apitiua diuisiua. ↄsumptiua. et appetitus excitatiua. Et ideo lapidem frāgit. Menstrua educit. Ydropicis subuenit. opilationes splenis et epatis aperit. et ad multas alias passiones valet. vt dicūt. Pli. Dyas. Pla.

I Pandecta. ca. cccc.lxxviij. Petrosilinum qddam est domesticū qddaz siluestre qd vocat macedonicū vel sinonū. de qua inferius dicet ds. Sz domesticū omnibus est notū. cuius virtus est diuretica.

Satis menstruis impat Inflationes stomachi tollit. Calefaciendo et siccādo. torsionibus subuenit. et ex eo fit ↄpetens salsamentū. vñ digestōem ↄfortat et vētositatem excludit. et valz ad oīa ad q valz siluestre.

K Gal. viij. sim. far. ca. petrosilinū. Petrosilini semē est maxīe vtīle. exhibitur ab herba et similiter radicibus simil de biliosis vo vtutis. Est āt sicuti ī gustu acre cū amaritudīe. ita et in opationibus simile tñ in ededo. et ppterea mēstrua puocat. copiose.

L Est aūt et vētositatum destructiuū. erit autem ipm tercij gradus calefacienciu et siccantium.



# Ca. cccxlj.

Pes coruinus latie. grece Clinopodiū. vel clinopodū. Dias. ca. de clinopodiō. Frutex ē sarmētosa duobus palmis ascendēs de terra. nascit locis saxosis. fo. hz sīlia herpillo et florē pssio similantē et alio nōie vocat pes coruinus Galie. viij. sim. far. ca. clinopodiū ca. ē vtutis nō dū caustice. ē āt et subtiliū ptiū fm sbaz pōet vtiqz q̄s. iij. g. ī calefatiēdo et siccādo

## Operationes.

A Dias. Herba ipsa bibita et cocta morsibus venenatis occurrit. B De alto cadentibus opitulatur: Stranguirijs prestat effectum. Menstruis imperat. abortum facit potui data: acrocordinas multis diebus tollit. vrine difficultati tardissimi temporis medetur. Flos eius lectipedi similatur vnde et nomen sumpsit. C Auicenna li. ij. cap. de pede coruino. Confert solutioni antique et confert colice. et efficit operationem hermodactilorum absque nocumento: D Paulus cap. de pede coruino: Medetur dolorem iuncturarum confortando membrum et materiam resoluendo.





## Ca. ccc xlij.

Pes columbinus. vel pes columbi est triplicis generis. Est vnum genus quod vocatur amomum latine et grece et arabice hamenie: et est aliud genus habens folia rotunda parua diuisa magnis et paruis incisuris stipites subtiles et breues coloris subrubei habentes nodos raros in quibus sunt duplicia folia et semina tria vel quatuor vel quinque coniuncta in medio est sicut acus. Est aliud genus quod vocatur anagiros: de quo ait Gal. vj. sim. far. ca. anagiros. Anagirus frutex est fetidus et acris dyaforetice. et calefactiue virtutis. attamen viridia folia propter humiditatis admixtionem minus acria. et depressiua dyaforantium sunt sicca vero incisiue et siccatiue vehementer virtutis. similis autem quodammodo nature est et cortex ipsius radicis. semen vero magis est subtilium parcium sed etiam est et vomitiuum.

## Operationes.

A Gal. Elixatura seminis eius accepta flegma deponit. Oxifabo vno cum mulsa accepto coleram et flegma deponit. Quando sumuntur cum aceto in potu attenuant splenem: B Et quando suffumigatur cum eis mulieres habentes suffocationem matricis confert eis. C Et ille fumus excludit secundinam. et quando fumigatur epilenticus excitat eum



## Ca.cccxliij.

Pellicinus secundum dyas. herba est que nascitur in triticea segete et ordeacea: cum laminis siue fibris semine plenis amara flauis. baccis similibus Nascitur cum plurimis et tenuibus ramis. folia habz pusilla et granula in folliculis trina subrufa et amara valde. que nostro ydeomate vocatur luparia vel faba lupi.

## Operationes.

A Ad conceptum necare et menstrua prouocare hec herba nominatur ab Alexandro

B Gal. vj. sim. far. cap. ydisismum pellicinus siue ydiasmum. huius fruticis semen rubicundi coloris est amarum autem et subacerbum apparet. vnde expurgat opilationes que in viscera ribus. Idem enim faciunt rami toci fruticis.



## Ca.cccxliiij.

Peplos seu peplum secundum quosdam est equo cum ad illud mulierum. et ad manutergium: et ad quoddam genus cardui in cuius summitate nascuntur quasi folia subtilissima. quod cum quolibet in pulsu venti volant per aera sed falso: quoniam peplos secundum dyas. in proprio cap. Est frutex plena lacrio albo folia minuta habens sicut ruta sed latiora. Vero omnis frutex obrotunda est et in terram sparsa. sub quibus folijs semen est minus et rotundum et breuius miconio albo. nam multum semen habz. Radix eius inutilis est: nascitur vo in ortis et intra vites. et apte arearum colligitur. et in vmbra siccatur: ita vt assidue moueatur. Gal. in li. dinamidiarum ait: quod est esula et hoc videtur dicere in li. vij. de sim. far. Nam dicit Peplus quidam autem micon. i. papauer spinosum dicunt. et hic fructiculus opium habz simile titimallo. et in alijs purgando similiter illi. per quod lege caplm. clxxviij. de e.

## Operationes.

A Dyas. Elixatura seminis eius accepta flegma deponit. oxifabo vno cum mulsa accepto coleram et flegma deponit:

B Et iussellis miscetur et ventrem soluit. alij in sale componunt.



## Ca. ccc xlv.

Pentaphilon. Ysidorus libro ethimologiarum libro decimo. Pentafilon a numero foliorum est dicta. Unde et a latinis quinque folium est vocata herba videlicet adeo munda vt olim purificationi et tempus adhiberi a gentilibus esset solita. Pli. li. xxv. Quinque folium nulli est ignotum. cum etiam fraga gignendo commendetur. hanc greci vocant camezeleon siue pentapeton. siue pentaphilon rubeam hz radicem cum effoditur. Hec marcescens nigrescit et angulosa fit. Nomen a numero foliorum hz. Et ipsa herba incipit et desinit cum vite aduersus serpentes medicatur. Dyas. cap. pentaphilon aut pentaptes aut pentascon. hz hastas semine plenas et longas duobus palmis in quibus semen est folia habet mente similia. et in quinque partibus diuisa singula folia in singulis hastis florem viridem hnt. nascitur in locis humidis et in viis. radix est ei rufa et oblonga. Pli. Pentaphilon quinque folium a numero foliorum dicta. Unde et eam latini quinque folium vocant.

## Operationes.

A Pandecta. cap. ccccc. Elixatura eius decocta ad terciam dolorem dencium mitigat ore retenta et quasi gargarismo adhibita. putredinem oris tollit. Aspredinem arteriarum dislenit. Uentrem stringit. Dissintericis necesse adhibetur artericis et sciaticis prestat effectum. B Elixatura cum aceto in cataplasmatibus adhibita. herpetas curat. scrofas spargit. duricies et tumores medendo soluit. Ignem sacrum extinguit. Apata et panaritia imposita ad sanitatem perducit. Condilomata soluit. scabiem tollit. C Succus radicis eius acceptus causas epaticas et pulmonis compoit. potonibus venenatis occurrit. Folia eius cum ydromelle aut vino bibita addito pipere quartanariis remedium est. si tamen. iiii. folia biberint. tertianarii vero tria cum aqua sola. effimeras vero vnum. D Epilenticis vero accepta et. xxx. diebus prestat effectum. Succus vero foliorum eius hycterici mane presidium est ciatis tribus acceptis. Uulneribus et fistulis prestat sanitatem. interocellicis remedium est bibita. et cataplasmatibus confluentem abstinet sanguinem. Templis honori additur. et domibus posita expiamentum est. Radix eius ca. est non habundanter et nimis acris et ideo vtilissima est ad ventris fluxum et denciuum dolorem. E Galie. viii. sim. far. ca. de pentaphilon. Pentaphilon herbe radix siccat quidem fortiter. et nimium vero est acris propter quod in multis est sicut et omnia alia quecunque subtilium parcium etiam siccant absque mordicatione. Est autem radix siccatiua ex tercio iam gradu minime vero caliditate manifesta participat. F Auicenna li. ii. ca. pentaphilon. Pentaphilon nominatur quinque folium. et est fortis exsiccationis sine acuitate et adustione et mordicatione. fit ex eo emplastrum ad fluxum et sedat ipsum. G Et fit ex eo emplastrum et sedat dubelet. et scrofulas. et duricies flegmaticas. decoctio radicis eius valet ad vlcera deambulantia. et quod de eo decoctum est cum aceto confert herisipilis et panariciis et scabiei. et confert doloribus iuncturarum et sciatice. et confert ramici bibitus et more emplastri suppositus. et valet ad alcola H Et folia eius cum vino valent ad epilentiam accepta et bibita. x. diebus. Succus radicis eius valet ad dolorem epatis et pulmonis et ycterician cum bibitur per aliquos dies. I Radix eius confert consolidationi et vlceribus intestinorum. et et emoroidibus. et similiter decoctio eius radicis. K Folia eius cum vino conferunt quartane et cottidiane succus radicis eius est medicina preciosa. L Pli. li. xxv. cap. pentaphilon. Ipsa herba incipit et desinit cum vite aduersus serpentes bibitur et eius radix quam spargamon vocatur ex albo vino. M Idem. li. xxvi. Quinquefolii succus iecoris et pulmonis vicijs sanguinemque reijcientibus. et cuicunque sanguinis vicio occurrit. Quinque folium medetur pectoris vicijs vel (ei quod grauissimum est) tussi.




## Ca.cccxlvj.

Peucedanū grece. arabi. herbatu rum vel herbatutis. latine cauda porcina: Sera.li.aggre.cap. Herbatutis aucto dyas. Est planta hñs folia similia plante capsie. 7 habet velut capillos adherentes p̄pe radicē. 7 stipites similes plante maratri. 7 hȝ florem citrinū: radix eius est deforis nigra. deintus alba. ḡuis odoris: grossa plena humiditate. nascitur in montibus 7 vmbrosis locis. 7 obumbrantibus arboribus. Radix quidem eiꝰ scindit̄ cū cultello dum est recens 7 extrahitur humiditas que est in ea. 7 ponit̄ in vmbra: quia virtus eius debilitat̄ a sole. 7 qñ colligitur humiditas accidit eis q̄ eam colligunt soda. 7 obscuritas visus nisi ponat̄ in naribus suis oleū rosaꝝ. 7 fūdat ex eo sup̄ caput suū qñ vo extracta fuerit humiditas a radice illa postea non remanet in eo aliq̄d iuuamentū. extrahitur humiditas etiā a stipite eius: sic extrahit̄ succus radicis mādragore. ſȝ virtus eius est debilior v̄tute humiditatis q̄ extrahit̄ ex radice. Nam virtus eius velociter resoluitur. Reperit̄ āt gūmositas adherens radici similis olibano. Et melior ex isto succo huius plante est ille q̄ defert̄ a terra q̄ dr̄ sardinia: 7 ex terra q̄ dr̄ sarmabachi. 7 est ḡuis odoris. 7 in calore suo est rubedo: 7 mordicat linguam qñ gustat̄. 7 melior radix ē noua nō corrosa dura puri odoris: Gal. viij. sim. far. ca: de peucedano secundum translatiōem arabicā. Plurimū q̄d administrat̄ ex hac planta est radix p̄prie. 7 iam administrat̄ lacrimus 7 succus eius. 7 oīm̄ v̄tus est vna nisi quia lacrimꝰ est fortior is v̄tutis. 7 v̄tus eius est q̄ calefacit calefactione forti vñ resoluit subtiliat et incidit.

### Operationes.

A Sera. auct. dyas. Lacrimus eius mixtus oleo ro. 7 aceto capiti fomento adhibitus: litargicis 7 freneticis medetur stomaticis 7 epilenticis plurimū p̄dest.

B Dolorem capitis mitigat sciaticis 7 contractis 7 paraliticis maximum presidium est. omnes neruorum causas cum oleo 7 aceto punctus componet. C Ori matricis fumigio applicatus offocationes stericas soluit. Somnum plurimum dormientibus p̄hibet. Fumigatōe sua domi serpētes excludit. D Oleo rosarum admixtus: dolorem auriū tollit. Iniectum foramini dentis dolorem non amittit. E Tussientibus opitulatur Ouo sorbili additus 7 accepꝰ. disnoicis 7 tortionibus prestat effectum. ventrem lenit. Splenem attenuat. Dolorez stomachi compescit. F Dolorem vesice et renum bibitus p̄hibet. Matrici salutaris est: prestando eustomatica: Radix eius et elixatura eius omnia similiter istis facere potest. Fomento adhibita vulnera curat. G Radix eius sicca 7 imposita id facit ossa fracta excludit. Vulneribus antiq̄s cicatrices ducit. cerotis necesse miscetur. Similiter 7 malaginatibus termanticis. H Radix eligenda est odore suauis fortis 7 non vetus Lacrimus eius confectionibus misceri potest maxime si amigdal' amaris rute 7 aneto 7 pāi calido triticeo

admixtus fuerit: et sic dari potest. Item radix eius vulnera antiqua expurgat et incarnat. et incensa viperas et serpentes fugat. I. ¶ Galienus. Peucedanum confert egritudinibus nervorum. et egritudinibus que accidunt pectori et pulmoni ab humoribus grossis viscosis, que sumitur in potu cum vino et fit fumigium cum eo. et attrahit odorando eger fumum eius et facit idem. ¶ K. Et quando ex eo ponitur in corrosionibus dencium sedat dolorem eorum statim. quoniam subtilium parcium est: et curat dolorem splenis incidendo et subtiliando grossos humores. Radicis vero calefactio est minor et desiccatio eius est fortis. Ipsa namque calefacit in principio tercij gradus. Et virtus eius est que abstergit et incarnat et potest administrari in omnibus supradictis. L. ¶ Et quando ponitur ex eo super os cuius corticem volumus expellere expellit eum cito et incarnat ipsum et convenit multum vlceribus fraudulentis malis quando desiccatur teritur et pulverizatur super ea. eo quod mundificat et replet carnem et consolidat. M. ¶ Platearius. Peucedanum est herba calida et sicca: alio nomine feniculus porcinus appellata. Huius radix in medicina poni debet. quia principaliter secundum radicem. secundario secundum herbam effectum habet. Radix collecta per annum vel etiam per duos servatur. Sed melius est vt annis singulis renovetur. Habet autem virtutem diureticam. ¶ N. Contra stranguiriam et dissuriam: et opilationem splenis et epatis datur vinum vel aqua decoctionis eius. Herba etiam ipsa decocta in vino vel oleo et pectini cathaplasmata. Fomentum decoctionis eius menstrua provocat.

perforata [illegible] 516



persicus [illegible]

## ¶ Ca. ccc xlvij.

Persicus. Ysidorus in li. ethimologiarum. Persicum dicitur eo quod eius arborem primus in egipto servit perseis. a quo se oriundos ferebant ptolomei. Hec in persida fructuum generat interfectorium. Apud nos autem suavem et iocundum. Est autem arbor feminini generis persicus. persicum autem neutri generis. Itaque persicus arbor est cui brevis ad modum vita concessa est. Trium generum esse fertur. Duracenus et Armeniacus ac persicus. Duracenus est nuncupatus. eo quod in gustu acorem referat pomum eius. Armeniacus. eo quod primum adiectum sit ab armenia genus eius. Persicus quid sit iam dictum est supra. Pli. li. xiij. Egiptus persicam arborem sui generis habet piro similem folia retinentem. Huius fertilitas est assidua subnascente crastino fructu maturitas ethesiarum afflatu. Pomum longius piro inclusum amigdale putamine et corio. colore herbido. Sed vbi nux illi. huic pomum differens brevitate ac mollicie. Et quamvis blandiatur

predulcis suauitas, non tamen innocuũ: Materies vero bonitate, firmitudine, nigritia quoq; nihil differẽs a lotho; Idez in li. xv. Persice arbores sero et cum difficultate transierunt ad loca r̃mota a perside: vt que in rhodo nihil ferant. quod primum ab egipto eaꝝ fuit hospiciũ. Pandecta cap. xxv. Akanedi vel alsabota arabice grece persicum vel milea persica. latine vero persicum. Dias. cap de persicis. persica eustomatica sunt. Sera. li: aggre. ca: Akanedi In sapore arboris persici et ramorum 7 folioꝝ est amaritudo et abstergit 7 r̃soluit: Auicenna li: ij: cap. de persicis: Persice sunt frigide in fine secundi g̃dus hu. in primo in fine tamen eius:

## Operationes.

A Dyas. Persica molliunt ventrẽ maxime si matura fuerint: Inmatura v̊o abstinent ventrem maxime si siccata fuerint B Elixatura eoꝝ reuma stomachi, 7 vẽtris compescit: Folia eius stricti ue sunt virtutis. que siccata atq; locis pacientib[9] aspersa fluorem sanguinis cobibent. Microcera: i. minora psica eustomatica sunt 7 fastidium tollunt melius q̃m supdicta: vt in sequenti caplo: C Sera: In folijs 7 ramis persici est amaritudo. 7 ideo quando terunt̃ occidunt lumbricos. 7 ponuntur sup̃ vmbilicũ: D Matura ex eis sunt bona stomacho. 7 molliũt ventrẽ Inmatura vero stringũt; et qñ desiccant̃ stringunt fortius. 7 decoctio psicoꝝ qñ bibitur fert humiditatũ cursui ad stõm. et qñ siccata puluerisant̃ sup locũ vñ fluit sanguis abscindũt eũ E Et idẽ auc. aben mesuay: Qñ terunt̃ folia eius 7 flos eius 7 exprimitur et bibitur: exp̃ssura illa eijcit ascarides cum fluxu. Et quãdo succus folioꝝ eius inijcitur in aurem occidit vermes qui sunt in ea: Et qñ linitur super pectinem abscindit ardorem psilotri: Et oleum nucleoꝝ psicoꝝ confert dolori aurium quando linitur cum eo: F Et idẽ aucto. meschehe. Persica remouent sitim factam a caliditate 7 fetorem oris. et fortant stomachum: G Galienus. Arbor ipsa persicoꝝ in pullulatõnibus 7 frõdibus dñantem habz amaram qualitatẽ 7 ppterea eius folia lumbricos interficiũt cum terunt̃. 7 vmbilico apponunt̃. Et aliquando dyaforeticum est farmacũ. fruct[9] vero eius qui est esibilis vocat̃ persicum hu. est 7 fri. complexionis. H Auicena. Persica que hu. sunt velocis sũt putrefactionis lenificatiua. 7 in ip̃is est stipticitas aliquantula sed ex eis stiptica sunt ea que sunt incisa 7 siccata. 7 in ipsis est phibitio cursus 7 in sua natura sunt stiptica: I Et folia eius quãdo ex eis fit linimẽtum abscindũt ardorem psillotri. 7 distillatur succus folioꝝ eius in aurem 7 interficit vermes. K Et confert oleũ nucleorum eorũ emigranee 7 doloribus auris calidis 7 frigidis: 7 persica sunt bona stomacho. L Et in eis est virtus faciendi appetitum cibi 7 oportet quidez vt nõ cõmedantur post alium cibum: quoniaz corrumpunt̃ post eum. 7 corrumpũt ip̃m sed precedant ante cibum om̃em: et ea q̃ sicca sunt. tarde digestionis sunt: 7 nõ sũt boni nutrimenti q̃uis sunt plurimi nutrimenti. M Et idem in quarto caplo de quartana ait. q valent contra quartanam de colera adusta. N Galienus libro. ij. de cibis cap̃. de persicis ait Vidi 7 hanc arborem in Alexandria magnam narrant autem fructum eius sic prauum existere in perside. vt perimat comedẽtes in egiptum autem delatum esibilem fieri consimiliterq; comedi vt pira 7 poma: et quorum scdm magnitudinẽ est que siue poma vocare volueris siue milea siue psica. fructum istum. siue simpliciter persica eodem modo modernis grecis siue aliquid aliud antiquum velis querere in ip̃is. licebit tibi hoc agere in multo studio. Iam autem scias vtilius nominibusq; et horũ succus velut caro facile corruptibilis est. etenim quilibet prius. quare non oportet sicut quidam post aliud alimentum offerre corrumpuntur enim supernatantia O Meminisse autem oportz huius q̊d est cõmune in om̃ibus quecũq; cachochima humidaq; 7 lubrica et faciliter subire

potentia. ⁊ propter hoc comdere ipa pri
ora alijs sic enim ipa celeriter subeunt et
alijs viam faciunt. Ultima autem assum
pta simul corrumpunt ⁊ alia virtus eorū
est fri. ⁊ hu. P Et idem li. vij. de sim
plicibus medicinis ca. de persico. Milea
persica. i. persicum que vocatur assuete ab
omnibus iam persicum solum dicentibus
hoc si milea.



Ca. ccc xlviij.

Persica sive melapsica sive micro
ceta grece. arabice. Cesmes vel hes
mes vel crisomula. latine vero Co
zula vel bariocha. Pandecta. capitulo
c. lix. Melapersica fructus iste est omnibus
notus.

## Operationes.

A Serapion libro aggre. cap. hesmes
Virtus eorum est frigida ⁊ humida in. ij.
gradu. Nam proporcionantur persicis.
Et idem auctoritate Alcauzi. Laxant co
leram ⁊ generant humores grossos B
Et idem auctoritate Rasis. Quidam pa
ciebatur fumositates ab aliquo humore
existente in stomacho suo ⁊ dedi sibi aliq
bus vicibus de crisomulis recentibus. et
sedatus est ille fumus. Et ego nō credo q̄ re
periatur cibus aliquis frigidior ⁊ magis
iuuatiuus stomacho calido q̄ ipa. ⁊ ideo
fastidium tollunt. C Auicenna li. ij.
cap. de crisomulis. Meliora sunt arménia.
non enim cito aduenit eis corruptō ⁊ ace
tositas. ⁊ cum sumunt crisomula. oportet
vt accipiatur masticis ⁊ anisi equaliter. ʒ.
j. vsq; ad. ij. cum vino puro aut vīo de pa
ssis parum ⁊ mellis. Sunt fri. ⁊ hu. in secū
do. Et oleum nucleorum eorum est calidum
⁊ siccum in secundo. Eorum humor est fa
cilis putrefactionis. et eorū infusio sedat
sitim. D Et crisomula quidem sunt
conuenientiora stomacho q̄ persica. ⁊ ar
mena nō corrumpūtur in stomacho. neq;
acescunt velocirer. Ex eis vero que expel
lunt eorum nocumentum est vt primo su
matur anisum ⁊ mastix cum miua aut vi
no de passis ⁊ conficiantur cum melle pu
ro. oleum nucleum ipsorum eciam confert
emorroidibus. grauant crisomula propter
velocitatem sue putrefactionis verum in
fusio siccorum confert febribus antiquis
E Johānes mesue in antidotario suo.
Oleum de crisomulis sedat dolorem ani
⁊ emorroidarum. ⁊ resoluit tumores vlce
rum ⁊ impedimentum lingue. ⁊ dolorem
aurium F Rabi moyses. Cesmi simi
lis est ferule habens semen album simile
lenticule.





## Ca. cccxlix.

Persicaria: Pandecta: Persicaria dicitur eo q folia similia persicis habet. iuxta aquam nascit. Duas habet species vna in medio folio maculã fuscam habet. alia caret macl'a. 7 illa adu stiua est valde quidam piper aque puta uerunt.

### Operationes.

Policaria latine. grece coniza. arabice gafir. Dyas. ca. de cōiza: alia est maior atqʒ odore grauior. alia parua 7 odore iocūda. inter has alia ē media granabilioris odoris quarū pma appellata est coniza lata siue vanitis. vel vt latini armentalis Item secunda vocatur etiā labanotis. siue vt latini pip marina vel siriscarns. media appellať etiā coniza cesaleos. siue vt latini thimus minor. maior āt 7 minor coniza hñt folia similia oliue sed aspera 7 pinguia 7 viscosa. minoris vero folia odorata sunt. maioris grauis odoris. que etiam in frutice maior est. virga maioris est longitudinis cubitis duobus: minor vero vnius pedis longitudine porrecta est. florē fragilē 7 mellinū hñs colorē. 7 amaꝝ saporē. Et cū floruerit velut capillos facit. Radix est illi inutilis.

Galienus.vij.sim.far.cap. Coniza:i.policaria tam maior quam minor similis sunt complexionis et virtutis. in gustu quidem acres et amare apparentes. calefaciunt valde a parte fructuosa est planta. Est autem et tercia species policarie in humidioribus locis nascens fetidior ambabus et debilior sed due prime dicte tres gradus sunt in calefaciendo et siccando.

## Operationes.

A Omnis fructus eius cum folijs suis fumigio adhibita et supposita venena longius arcet aqua eius sparsa pulices necat Folia eius in cathaplasmatibus adhibita morsus venenatos mitigant. Vulneribus et pustulis medicantur B Flores eius et folia cum vino bibita menstruis impetrent. Aborsum faciunt. Urinam provocant: Tortionibus subveniunt. C Ictericis bene adhibentur: Cum aceto bibita epilenticis prestant effectum. D Elixatura vero eorum fomento adhibita causas matricis componet. E Succus eius suppositus aborsum facit: oleo mixta et peruncta tuta corpa contra frigora servat. minor vero imposita et ea cathaplasmatibus adhibita dolorem capitis mitigat. media vero coniza hastam habet grossam et lenia folia et paulo maiora. Maior vero non pinguia nec maiora habet folia sed grave iactantia odorem gustum suavem et inutilem omnibus F Vipas et serpentes fugat Et vuule vicia remediat. maior et minor conisa calefacit et desiccat decocta igitur in oleo ad peryodas febrium et typos: et malitiosos rigores puncta facit. G Flos cum folijs in vino potatus fetus extrahit. et vehementer menstrua purgat. H Galie. Si quis folia cum mollibus ramusculis apposuerit alicui periculese sive decoquens oleo vtatur ea. I Videtur autem et rigorum que fit periodum allevatiuum huius oleum Flores autem eorum similis virtutis sunt. K Quo circa quidam et hos cum folijs terentes oleo propinant gratia movendi menstrua violenter et educendi embriones.




## Ca.ccclxxij.

Poligonia. Pandecta. Poligonia agoni quod est genu: Nam et multi geniculatam et centum nodiam vocant. seu agoni quod est semen Nam dyas. Policarpos vocari dicit. quod magis est credendum et sanguinaria et corrigiola a multis vocatur et est que virgam pastoris ara. vocatur vt patet per concordiam. Dias. ca: de poligonos et Avicenna cap. de virga pastoris.

## Operationes.

A Dyas: Poligonos masculus herba est virgas habens teneras molles et multum nodosas: et expansas super terram sicut agrestis: folia habet rute similia sed oblonga et molliora. et semen in folijs singulis. vnum et masculus dicta est flos est illi albus et feniceus B Poligonos vero femina frutex est vnam virgam habens mollem et cannosam spissam et nodosam. in quibus nodis folia sunt pini similia. radix est illi inutilis in locis nascitur humidis. et cetera.

¶ Pli. Poligonũ greci vocant q̃m nos sanguinariam non attolit a terra: folijs rute simile semine graminis. q̃ plura genera poligoni faciũt hunc marẽ intelligi volunt. appellãtq3 a multitudine seminis aut densitate fruticis. Alij poligonõ a frequentia geniculoꝝ. ꝛc. ¶ Stephanꝰ in synonomis. Poligonos. i. virga pastoris v ꝑ y scripsit vt assueuit et in kiraimi da poligonos. i. corrigiola multigonia. Alij vero camerzillũ dicũt. ¶ Pliñ. li. xxvij. Poligoniũ greci vocant herbam q̃ nos dicimus sanguinariã a terra non attollitur folijs rute similis gramini ¶ Succus eius naribus infusus. sanguinez supprimit. Et potus cũ vino cuiuscunq3 ptis ꝓfluuiũ ꝛ cruentas excreatiões inhibet ac sistit. ¶ Dyasco. Poligonos masculus herba est hñs virgas teneras molles, ac multas nodosas: ꝛ sup̃ terram expansas sicut agrestis. vñ ꝛ policarpos dicta est: flos illi est albus aut fenicinus: Uirtutem h3 stipticam et frigidam. Vñ succus eius bibitus medicat̃ emoptoicis ꝛ abstinet reumatisinũ ventris. medet̃ q3 colericis ꝛ strãguirijs: vrinam prouocat Morsibus venenatis cum vino bibitꝰ occurrit: Febribus piodicis maxime ꝓdest ante horam accessionis. ¶ Suppositus quoq3 fluxum mulieris cõstringit. aurium dolores compescit. Coctum cum vino ac melle curat vulnera nature. ¶ Folia eius cathaplasmata estuatiões stomachi tollunt. Sanguinem reijciẽtibus subueniunt. herpetas curant. Ignẽ sacrũ extinguunt. tumores ac duricies tollunt. ¶ Sãguinem reijcientibus vulneribꝰ maxime ꝓsunt. Poligonos vero femina frutex est virgam hñs mollẽ ꝛ carnosam ꝛ spissam. ꝛ est ramosa pinguis atq3 nodosa. in quibus nodis sunt folia piri similia ¶ Radix ei est inutilis. ꝛ nascitur ĩ locis humidis. Uirtus est ei stiptica. ꝛ facẽ potest omnia supra scripta licet minorẽ hẽat virtutem. Et scias esse herbam que dic̃ pera siue bursa pastoris: de qua supra in caplo. ccc. liij. dicatur.



## ¶ Ca. ccc lxxiij.


Polio. Ysidorus. Polios a grecis dicit̃. a latinis omnimorbia: eo q̃ multis morbis subueniat. Nascit̃ in montibus ꝛ duris locis. de vna radice multas ꝛ tenues fibras nutrit. seminis plenas: In summitate hab3 corimbos canescentes odoris grauis ꝛ subdulcis: Platearius. Polij diuersa sunt genera. sed montanum precipuum: Cum flores producit debet colligi. Uirtutem habet dissoluendi ꝛ consumendi. ꝛ diureticam ex subtilitate substantie. Dyascorides. Poliõ vnũ est maius alterum minus. id est montuosum. quod nobis venit in vsum: Et est frutex alba ꝛ tenera habens folia vnius cubiti longa ꝛ super virgam capitella semine plena a quo procedit quasi lanicies alba. ꝛ velut capilli longi habens odorem cum suauitate grauem

## Operationes.

A Ysidorus. Succus eius aqua coctus a serpentibus percussos sanat: Sparsam in domum vel incensa omnes serpẽtes fugat. Platearius: Uinũ decoctionis eius valet contra frigiditatem stomachi et intestinorum 7 dolorem ex ventositate. Cõtra opilationem splenis 7 epatis valet.

B Dyas: Eius elixatura morsibus occurrit venenatis magnũq; p̃sidiũ est idropicis. Aceto mixto splẽi adhibet utiliter Sed dolorem capitis cõmouet. 7 cacho stomachum est. ventrem mollit. mẽstruis imperat: Resq; venenatas extinguit. Urinam mouet: stratoq; compositum. serpẽtes longius arcet. C Cathaplasma vulneribus confert reumaticis paratam colesim facit. 7 arenato morbo succurrit.

D Auicenna: Polium est spẽs de schea in qua est caliditas 7 acuitas pauca. Qd ex eo est minus est acutius 7 amarius. Et sunt in eo tyrsi 7 flores: E Eiusq; caput est ut spera. i quo sunt quasi pili albi grauis odoris cum aromaticitate aliqua Maius est autem debilius quod nec amarum est 7 acuitas quedã in ipõ est. Montanum minus est. et minus q̃dem est calidum 7 siccum in. ij. Est autem aperitiuũ: subtiliatiuũ: 7 prope minus est ad opilationes intrinsecas aperiendũ F Qd ex eo viride plagas recentes consolidat. 7 proprie maius. q̃d ex eo siccũ est: vlcera fraudulenta p̃cipue minus: G Cũ aceto epithimatũ ꝯuenit splenis a͞patib⁹ 7 duriciei ei⁹. facit autẽ capitis soda. nocetq; stõ. sed ꝯfert yctericie nigre. ꝓprieq; maioris decoctio H Confert etiam eadem ydropisi. Idem. ꝓuocat vrinam 7 menstrua. soluit ventrem: 7 ꝯfert ascaridibus 7 antiquis febribus ac scorpionis punctionibus. I Decoctõ maioris morsui vermium venenosorum oĩm ꝓficua, 7 ex ea suffumigat̃ ac sternit̃ 7 fugat mira venenosa. K Constantinus. Polium est cal'. in. ij. sic. in. iij. Humores g̃ssos attenuat. Ualet ydropicis pacientibus propter opilatõem epatis ac fellis 7 splenis. Urinam 7 menstrua ꝓuocat. Uentrẽ soluit. L Cum aceto bibitũ valet cõtra duriciem splenis. Et eius apozima ꝓpinatum lumbricos sucurbitinos 7 ascarides excludit. Capitis tñ dolorem generat 7 stomacho nocet. Si domus ex eo suffumigetur. reptilia inde fugant̃.



## Ca. ccclxxiiij.

Politricon. Dyasco. Politricõ gal litricum quod adyantos dr̃. habz folia coriãdro similia in summitate scissa. hasta eius est duobus palmis lõga habens supra se turgida capitella semen habentiã: Radix est illi utilis: Sz virtus eius est in folijs.

## Operationes.

A Dyas. His siquidez in aq̃ elixis aq̃ ipsa bibita medicatur asmaticis 7 disnoicis. Ictericis 7 dissurijs. Calculos frangit. Uentrem stringit: Morsus caninos ad sanitatem perducit. Reumaq; stomachi compescit. B Cum vino bibita

menstruis imperat. Abortum facit. et san guinem reiicientibus subuenit. Morsibus quoque venenatis occurrit. E Alopicia et vlcera capitis. s. quas acaras vocant et pterigia purgat. Scrophas que spargit. Imposita quidem trita et mixta cum lixiuio addito cinere ac vino id prestat. D Comesta a pugilibus ad pugnam vtiliter confortat. A pecoribus eciam comeditur. E Item politricon in locis vmbrosis atque parietibus humidis et circa fontes nascitur. Alii tanquam recorpatiuam decoctionem tardis etiam passionibus laborantibus dant in potu. scilicet; banelosis. stomaticis. fluori ventris. et difficultate minctus. F De siccat enim adiantos et extenuat. ideoque chyradias digerit. aqua et lapidem rumpit. Potus ad humores glutinosos ac pigues de torace ad pulmonem ascendentes bene iuuat. G Reumaque ventris constringit. medius enim est inter ca. et fri. temperantiam. In dolore colli fo. eius trita cum granis piperis ac semine coriandri cum optimo vino datur ad bibendum introeunti balneum. facit et ad capillos mulierum nutriendos si decoquatur cum oleo.



Porrum quinit Malbrusy


## Ca. cccLXXV.

Porrum latine. Arabice curat. Serapion li. aggre. cap. curat. Curat .i. porrum. Ex eo est est domesticum et est hispanicum. et ex eo est nabati. et est montanum. et ex eo est porrum vinee. et porrum agreste. et medium inter porrum et allium. Et reperitur vtus huius inter vtrumque porri et allii sicut inuenies si leges capitulum .xiiii. Alleum. Et propter hoc est magis desiccatiuum et acutum quam porrum domesticum. et cetera cuncta agrestia acriora sunt domesticis. Et medicine que calefaciunt illa calefactione sunt in fine graduum et ob hoc est malum stomacho. et est acutum incisiuum grossorum humorum magis aperitiuum opilatorum organorum. et eius operatio est plus quam domestici. Et propter hoc prouocat vrinam et menstrua. et potissime quando retinentur propter humores frigidos grossos. et habet tamen de calefactione quod vlceret quando applicatur corpori exterius. Et nos iam diximus quod omnes medicine que calefaciunt illa calefactione et vlcerant sunt in fine graduum.

## Operationes.

A Serap. auctor. dyas. Porrum domesticum incitat libidinem. et quando miscetur cum melle. et fit inde loboc et confert dolori pectoris et vlceribus pulmonis. et quando comeditur etiam mundificant cannam pulmonis et quando quis assuefacit cibum eius. inducit obscuritatem visus. et est malum stomacho. B Et quando aqua eius miscetur cum mellicrato et exbibetur confert morsibus venenosis Et quando fit emplastrum cum poris ipsis et ponitur super locum morsus facit hoc. C Et quando miscetur cum olibano et aceto et lacte et oleo rosato et distillatur in aurem confert dolori eius et tinnitui qui fit in ea. Et quando fit emplastrum cum eis et sumach. aufert verucas. Et quando fit emplastrum cum eis et sale mundificat vlcera sordida. D Et quando bibitur ex semine porri et granis mirti. ana. ʒ. ii. simul tritis abscindunt sputum sanguinis antiquum a pectore. E Et idem auct. Ruffi. Porrum prouocat menstrua et fetus. et aufert eructu

ationes acetosas et mollit ventrem. ¶ F Et idem aucto. Judei. Proprietas autem est quod destruit dentes et gingiuas. ¶ G Et idem aucto. Aben mesuay. Nocet vesice et renibus quando in ipsis vlcera. Et folia porri deseni conferunt matrici ex proprietate que est in eis. quoniam est in eis humiditas que facit lubricare fetum. et semen porri quando fumigatur ex eo anus. desiccat fistulas que sunt in eo ¶ H ¶ Sed porrum vinee est deterius stomacho. et est calidius et magis prouocat menstrua. et quando comeditur confert morsui venenoso. Paulus cap. de porro Porrum adustum mixtum cum melle et inunctum curat ragadias seu scissuras que fiunt in labijs. I ¶ Ysidorus. Porrus est olus cuius duo sunt genera. videlicet sectilis et capitatus. Palladius li. iiij. In mense Februario conuenit porrum serere. Quem si sectilem velis post duos menses quam satus est poteris desecare manentem in areis suis. Sed capitatum rarius seres. K ¶ Idem in li. vj. In mense mayo planta porri transfertur. vt rigationibus animetur. L ¶ Idem in li. xj. In octobri mense porrum verno satum conuenit transferre. vt crescat in capite. Sane sarculis assidue circumfodiatur. Sed comprehensa porri planta velut tenacibus alleuetur. vt inanitas spacij que suberit radicibus. incremento capitis suppleatur. M ¶ Ysaac. Porrus ca. est et sic. in. iij. gradu. quod certificat eius ponticitas. Unde sanguinem e naribus manantem costringit. Sed secundum cibum illaudabilis est Nocet enim stomacho faciens inflationem ac ventositatem. N ¶ Ypocrates. Porrus calefacit ac desiccat nimis epar et splenem aperit vel curat. soluens queque constipata sunt in eis. Thoracem et pulmonem purgat. Ad aurium quoque dolorem diuturnum facit. ac prunares ytericos purgat. O ¶ Macer In multis causis vsus medicamine porri Dat ypocras medicine maximus autor. Ipsius succum solum dedit ipse bibendum. Egris qui reijciunt spumant ve cruorem Quos emoptoicos soliti sunt dicere greci. Cum galla dant hunc allij thurisve farina. Aut gemmis draginis porrorum seminis vnam etc.



Fetinodia ...

Wartzgrau ...

129

Lingua passerina ...

## ¶ Ca. ccclxxvj.

Proserpinata grece. Ara. Marsiarbay. latine. lingua passerina. et in lingua persica dicitur psoidami. Serapion li. aggre. cap. Marsiarbay auct. dyasco. Marsiarbay. i. proserpinata. est enim masculus et femina. Masculus est herba que nascitur omni anno. Hec habet ramos seu virgas rectas molles subtiles nodosas. et distenditur super faciem terre sicut gramen. et folia habet similia folijs rute nisi quod sunt molliora et longiora. Et habet iuxta vnumquodque folium semen. et propter hoc dicitur masculus. et habet florem album et rubeum. Sed femina habet plantam paruam et virgam vnicam tam teneram similem canne. et habet nodos similes nodis qui sunt in radice canne. et in nodis ipsis sunt folia egredientia ab ipsa virga similia folijs pini. et habet radicem in qua nullum est iuuamentum. Nascitur iuxta aquas. Hec latine vocatur cauda vul

pis que est virga sive bursa pastoris sicut apparet in ca. Poligonia. Gal. viij. sim. far. Proserpinata habz quid stipticitatis Dominatur vero i eo aquosa humiditas vt sit in secundo gradu ex infrigidantib⁹ farmacijs. vel in. iij. fm principium. Dyascorides. Proserpinata herba est que hz virgulas teneras z molles z multas nodosas z spansas super terram sicut agrestis. vnde z policarpos dicta est. Folia habet rute similia. sunt z oblonga z mollia; et semen in folijs singulis. vnde z mascul⁹ dicta est: flos est illi albus aut feniceus. Virtutem habet frigidam z stipticaz. Proserpinata femina frutex est vnus; virgā hñs cannosam z mollem spissam z nodosam in qbus nodis folia sunt pini similia. Radix est illi inutilis. Nascitur locis hũidis: Virtus est illi stiptica; z hec latine vocatr Cauda vulpis.

## Operationes.

A Gal. Juvat itaqz exustos stomacho exteri⁹ applicata sic herisipilata z calidos flegmones seu etiam talia existentia repcutit reumata. z ex inde vero siccatiuũ existere ꝑpter q̃d herpetũ bonũ est farmacũ et vlcerum z alioꝝ euidentissimũ vo flegmonosorum reumatoꝝ. B Est autē z sanguinosoꝝ vulneꝝ consolidatiuũ. Juuat vero ad vlcera q̃ in auribus z si pus ī eis sufficieus fuerit id siccat. ꝑpter easdē vo v̄tutes z fluxũ muliebrē sistit. z dissinteriam z sanguis eductiões z quecũqz immoderate aliũde causatũ C Ait aũt dyas. z vrinas ꝓuocare. stranguiriantib⁹ datũ nõ tñ distiguit diligēter dispositõez in q̃ oꝑtet dare. D Dyas. Succ⁹ ei⁹ bibit⁹ emoptoicis medicatr. ventris abstinet reumatismũ. Colicis z stranguiriosis opitulatr. vrinã ꝓuocat. morsibus venẽatis cũ vĩo bibit⁹ medicatr. E Cũ vĩo coct⁹ z melle vulnera noua curat. periodicis fe. añ vnã horã accept⁹ maxime ꝓdest suppositũ: F Fluxũ mulieris stringit dolorẽ auriũ ꝯpescit. sanguinẽ reijciētib⁹ subuenit. herpetas curat z fistl'as; Ignez sacꝝ extinguit; tũores z duriciel impositũ spargit. recentib⁹ vulnerib⁹ maxīe ꝓdest. Proserpinata feĩa oĩa similiter facẽ p̃t q̃uis virtutem minorem habeat.



Onser bra... vel onser brawey ... Herbe ... poulmonet

## Ca. ccclxxvij.

Pulmonaria: Pandecta. Pulmõaria herba est satis minuta z mollia hñs folia z quasi formã pulmõis in locis humidis nascens. quam quidam pepanum vocant.

## Operationes.

A Ad oĩa vicia pulmonis cõfert hibitum z emplastratum. B Elixatura eius cũ vĩo cõfert peripleumoniaticis z asmaticis. C Coctus ex aqua cum oleo aceto z melle iocundissime sumitr. D Confert tussientibus z ad pectus fluxibus.



# Ca.ccclxxviij.

Pruna latine et grece. Arabice Eu as. Ysidorus: Pruna a latinis ob colorem sic sunt appellata: Cuius generis meliora sunt damascena. ab opido damasco sic dicta. Unde prius arbor ipsa est asportata: Aristoteles in libro de plantis: Fructuum quidã ex carne et osse et grano compositi sunt vt pruna: Palladius libro: xij. Pruna siccantur in sole p crates loco sicciore deposita hec sunt que damascena dicuntur. Alij in aqua marina vel muria feruente recentia lecta pruna demergunt. et inde sublata: aut in furno tepido faciunt aut in sole siccari. Johannes mesue cap. de prunis. Pruna alia sũt alba alia citrina alia rubea alia nigra: et ex eis quedam sunt muza que sunt ad alterandum magis quedam dulcia que sunt ad soluendum ventrem magis et omnia alterant: et solutionem faciunt plus tamẽ et minus: Damascena vero et Armena in omnibus illis sunt fortiora: et humida quidem plus faciunt illud q̃ sicca. et sicca minus corrumpuntur in stomacho q̃ humida. sunt enim humida ad corruptionem et putrefactionem conuertibilia. Dulcia sunt inter ca. et fri. declinant tamen ad latus frigiditatis. et sunt hu. in. ij. gra. Muza vero fri. sunt in principio secũdi: vt postea habetur. Et alia quidem sunt lauatiua et refrigeratiua et lenitiua. Rectius cũ quo miscentur ei addit earum operatiõi sunt tamarindi et proprie secundum modos infusionis notos et cassia fistula et terenia bin. et viole condite et similia. Et fit cũ aqua earum syrupus iuuamenti noti. Et ex carnibus earum fit electuarium bonũ: Armeni quoq; arborem prunorum perforant subtilem in lõgitudine palme. ex duabus vel tribus partibus. et intermittunt frusta scamonee. et sigillãt luto. et sunt fructus illius arboris solutiui sufficienter. et faciunt sophisticationes alias in arboribus alijs.

## Operationes.

A Johannes mesue. Solutiõe educit coleram et dantur in egritudinibus colericis et alterant malitiam earum: et soluũt malitiam ex qua fiunt: nocent tamen stomacho et sunt pauci nutrimenti. Dosis aque earum potio est circiter librã j. cũ zuccaro: B Dyas. cap. de prunis. C Prunum recens ventrem soluit C Stomacho contrariũ iudicatur: sed omne hoc iucõmode celerius digestõnem finit sicca non tantam maliciam prebent q̃dã; sicca cocta aluum stringere existimãt: q̃d Galienus non immerito falsum esse contendit. D Quis enĩ nesciat ex passo discocta vel mulsa solutõem ventris operari maximeq; perficere si decoctum ipm cui succus admixtus est sorbetur Facit ĩ ipe suas differentias diuersi generis in prunis. vt syriaca tantum putat minus aluum mouere eo q̃ sint stipticiora. E Hyspana vero plus soluere q̃ sint dulciora ex omĩbus prunis. q̃ maiora et lata sunt

F Idem quoq; tenera et digestionis fa cilioza. et ventrem molliendo accomoda presumit in minoribus omnia inesse contra ria. G Est et agreste prunũ austerio ris fortiorisq; virtutis. hoc siccum etiam dissintericos certum est adiuuare. gũmi huius arboris potatum calculos frangit cum aceto tritum ac illinitum faciei lichi nas optime purgat. et curat aqua. in qua folia pruni cocta sunt gingiuas et vueam et similia colluendo defendit. Sed in vĩo decocta vehementius prosunt. H Radices itemq; cortex eãdem stipticam habent potestatem que in folijs est consti tuta. Serapion hec eadem dicit que dcã sunt fm dyascoridem.





# Ca. ccclxxix.

Prunella latine et grece. Prunella est herba similis ozimo. flos quasi lauendula sed grossioza. folia et flo res vtuntur.

# Operationes.

A Succus istius herbe mixtus cũ oleo rosarum et timpora inunctum sedat soda. B Ypocras. Succus cum vĩo sumpt[9] tollit morsum venenosoz. Succus istius herbe curat alcolam. et confert squinãtie. C Et ad oĩa vicia oris et gutturis cõ uenit. Eandem etiam opatiõem habz aq̃ eius distillata.



# Ca. ccclxxx.

Pix latine. Arabice affeff siue terf vel teft. Pandecta. Sciendũ q pix fit ex arbore ligni aryn. et est arbor scerebin vel deda. et est cedrus vel pinus masculus cuius fructus dicunt coni. est ex ea hu. et sic. Sera. li. agg re. ca. Et est aucto ritate dyas. Et hu. colligitur ex arboribus ligni aryn id est masculi pini. et pfert fru ctum paruum. et ex eo fit lumen. Et melior ex ea est alba splendens leuis et mũda.

# Operationes.

A ¶ Galienus. viij. sim. far. cap. pix fm translatõem grecam. Pix que quidẽ sicca siccat ꝛ calefacit fm terciã abstantiã a cõmensuratis ꝛ plus siccare nata est ꝙ calefacere q̃ liq̃da ẽ ꝯrio calefacit plusꝙ siccet hꝫ ãtquid subtiliũ pciũ q̃ asmaticos ꝛ empicos iuuat B ¶ Et hꝫ q̃dem q̃d digestiuum ꝛ dyaforeticũ sicut ꝛ fm gustũ subamaꝝ q̃d ꝛ acre. C ¶ Ita aũt leprosos vngues educant mixte cum cera. ꝛ impetigines expurgant. digerunt ãt duros. et indigestos hũores oĩes q̃n ponunt ĩ cataplasmatibus. fortior ṽo ad oĩa talia est q̃ liquida. dura vero ad hec q̃dẽ peior est. D ¶ Ad cõsolidatõem ãt vulneꝝ magis ydonea palam ğ ex his est q̃m q̃d copiosum hũiditatis calide ꝯmixtũ est pici liq̃de: E ¶ Piceleũ. i. oleũ picis. Fit ex pice hũida q̃n coquit. ꝛ est quedã ex ea que est similis visco viscositate sua ꝛ nõiatur viscosa: Et est alia q̃ ex toto sicca est. ꝛ melior ex ea ẽ illa q̃ ẽ pura tenax ꝛ odorifera sil'is resine pini. sapor hui⁹ ẽ acut⁹ ꝛ fere amar⁹. Et ṽtus ei⁹ ẽ ca. in. iij. ğdu: ꝛ desiccatio est plus ꝙ calefactio ipsius.



## ¶ Ca. ccclxxxj.

Pix liquida. Pandecta: cap. ccclx. Hictan arabice. grece alkitran. latine vero oleum de scerbin. ꝛ ẽ pix liq̃da: que ydeomate nostro vocat' pecula. Sera. li. aggre: cap. hictan. i: pix liquida ꝛ est oleum quod egreditur de scerbin Et scerbin due sunt species. Una earũ est arbor magna. ꝛ est genus abietis. ꝛ est ex ea alkitran habens fructũ similẽ fructui cipressi: nisi quia est minor eo multum. et secunda est arbor spinose habẽs similitudinem cum arbore iunipi. ꝛ magnitudo fructus eius est sicut magnitudo ğni mirti. Melius autem alkitran est illud quod est spissum clarum habens odorem fortẽ cum horribilitate. ꝛ quando intingit' in eo digitus non cito defluit ex digito propter suam spissitudinem: ꝛ quando stilla eius cadit in loco remanet collecta ꝛ non expanditur. Et idem aucto. Gal'. Sperꝫ scerbin complexio est calida ꝛ sicca. in. iij gradu. sed olei quod extrahit' ex arbore sua substantia est subtilis: ꝛ virtus eius ẽ calida ꝛ sicca in. iiij. gradu. sed plus calefacit ꝙ siccet. Lignum scerbin nominat' lignum mortuorum. quia cõseruat corpa mortua a putrefactione. Unde virtus ei⁹ desiccat ꝛ custodit corpa mortuorum. et destruit quod est ibi de humiditate.

## ¶ Operationes.

A ¶ Sera p̃: Pix liquida custodit corpa mortuorum: ꝛ oleum eius occidit pediculos ꝛ lendines ꝛ lumbricos ꝛ vermes qui sunt in auribus: B ¶ Et quando cum eo fit nascale corrumpit fetum. ꝛ excludit mortuum. Et quando linitur virga in hora coitus destruit conceptũ. ꝛ ꝓpter hoc est ex verioribus medicinis ꝛ fortioribus ad prohibendum impregnationem ab eo ꝙ accidit ei qui vtitur eo vt fiat oĩno sterilis. etiam quando distillatur ex eo in dentem corrosum sedat dolorem ꝛ frangit dente ꝛ aufert liuorem qui fit sub oculo. C ¶ Alkitran ꝛ est illud quod est compositum ex eo q̃d colligit' in lana. q̃n sup ip

sum suspenditur ꝛ decoquitur. ꝛ subtilius alkitran ꝛ minus acutum. ꝛ residuū quod remanet est alkitrā. ꝛ est illud q̄d est de eo spissum ꝛ grossum. et est sicut illud q̄d remanet ex spissitudine olei. ꝛ ideo alkitrā ppter sui grossiciem mordicat ꝛ aperit. ꝛ propter hoc alkitran curat apostemata. ꝛ est pix liquida. B ¶ Sed grani scerbin virtus est tempata adeo q̄ potest comedi nisi quia facit sodā. ꝛ mordicat stomachum. E ¶ Et idem auctor. Byas. Alkitrā est quod corrodit ꝛ incidit corpa viventium. ꝛ conservat corpora mortuorum. ꝛ si fiat pheretrum in quo reponatur corpus defuncti ex ligno scerbin servat corpus defuncti a putrefactione. ꝛ propter hoc nominant ipsum quidā vitā mortuorum. ꝛ alkitran adurit plātas ꝛ coria propter necessitatem sue caliditatis ꝛ desiccationis. ꝛ abstergit maculas oculi quādo bibitur cum rob ꝛ sale pauco. ꝯuenit morsui serpentis. ꝛ q̄n linitur sup elephantiam convenit. ꝛ fit cristere cum eo ꝛ occidit lumbricos parvos.



## ¶ Ca. ccclxxxij.


Panis. Ysidorus. Panis dictus est eo q̄ cum omni cibo apponatur. Panis enim cibarius est qui ad cibum servis datur non delicatus. Fermentatus dicitur fermentis confectus. Azimus autem non fermentatus. Nam azimus est sine fermento sincerus. Acrizimus autem leviter fermētatus quasi acro azimus. Clibanicius in testa coctus. Rubidus autem recoctus ꝛ rubefactus. Subcinericius dicitur cinere coctus ac reversatus. idem ꝛ focacius. Sfungia dicitur panis aqua diutius laxatus. similam modicam fermentumq̄ modicum accipit. ꝛ habet humectatōis plus q̄ omnis panis. ppter quod ꝛ sfungie nomen accepit. Placente sunt que de farre fiunt quas alij quidem liba dicunt. eo q̄ libeant ꝛ placeant. Dulcia sunt operis pistorij genera sic a sapore dcā melle enim aspersa sumuntur. Actor. Collirida dicitur panis quadratus de simila factus in sartagine cum oleo frixus. vel modicus panis triangulus. Lagana sunt panes lati ac tenues. Crusta est panis supficies.

## ¶ Operationes.

A ¶ Avicenna. Panis vt comedatur oportet q̄ sit mundus. sallitus. massam habēs confectam. fermentatus. bene decoctus ne comedatur calidus. sed vna nocte permanens. Calidus enim non est apud naturam receptibilis. B ¶ Et acceptō eius qui est de furno ꝛ reliquorum sibi similiū est mala. Panis de simila melior est ꝛ mūdior ac nutribilior q̄ alius. Eius nutrimētum melius est. sed tardioris penetratōis. C ¶ Opirus autem qui est plurimi furfuris. velocis est penetratōnis. sed nutrimēti minoris ac deterioris. D ¶ Ille vero qui non bene coquitur est plurimi nutrimenti. ꝛ similiter qui parum habet fermenti. Sed eius nutrimentum opilat nisi illos q̄ plurimi sunt exercicij. huius generis ē pāis de patella. nā eius iterior ps raro bn̄ coqr. E ¶ Emplin ex pāe fcm̄ calidius ē q̄ ex frumento pāis ex frumto novo velocit ipiguat

F ¶ Panis de frumento cum mellicrato
siccisq₃ cõuenientibus valet a pãtibus ca
lidis. lenit em̃ ꝛ infrigidat ea Panis cum
aqua ꝛ sale decoctus ꝛ impetigini ĩfusus
confert. Est q̃dem velocis digestõis. ꝛ tar
de descensionis. G ¶ Panis opirus ẽ
lenitiuus nature. fermentatus q̃₃ ventre₃
lenit. ꝛ azim⁹ stringit. Similiter in patel
la coctus ꝛ antiquus panis siccus ventrẽ
stringit. H ¶ Ysaac in dietis ꝑticulari
bus. Panem tritico calidiorem diximus
cuius diuersa sunt nutrimenta q̃tuor mo
dis. videlicet. Primo ꝓpter farinã vnde
factus est. Secũdo ex artifitio sui. Tercio
ex igne a quo coct⁹ est. Quarto ꝑ q̃litate
qua sumit̃. Farine modus trifariam diui
ditur. Primus ꝓpter essentiam sui. Scdo
ꝑ qualitate molitõnis. Tercius ſm breui
tatem vl' longitudinem tꝑis ex quo mola
contrita est. vt supius dcm̃ est. Panis q̃n
to mundior est tanto pluris nutrimenti. ꝛ
durioris egestionis. I ¶ Diuersitatis
panis ex artificio sui duo sunt modi. vl' ex
forma vel ex artificio simpliciter. Forma
autem triplex est. Magna parua. media.
Magna medulle plus habet. corticẽ vero
subtiliorem ꝛ duriorem. Cortex preterea
paꝝ nutrit. ꝛ est ad digẽndũ durus. humi
ditatem egestõis exsiccat vñ ꝛ ventrẽ con
stipat. K ¶ Medulla g̃ssa est ꝛ viscosa
ꝛ inflatiua. flegma viscosum g̃nans. Pa
nis ꝑui ꝛ subtilis interiora ignis ꝓforat ꝛ
hũiditatẽ medulle exsiccat. vñ paꝝ nutrit
ꝛ tardius digerit̃. ꝛ ventrẽ ꝯstipat. maxie
si estus sit in ꝑmo vel secundo die p⁹ deco
ctõem. L ¶ Vñ Ypocrtes. Panis mag
nus ꝛ g̃ssus est medulle multe nutrimenti
pluris ventrẽ soluit. ꝑuus ãt ꝛ tenuis me
dulle est pauce. nutrimẽti pauci. Egestio
eius tarda est ventrẽ ꝯstipat. Qui ãt men
sure medie est in forma. ꝛ medie est ꝓp̃tatis
M ¶ Artificiũ panis quatuor diuiditur
modis. Est em̃ panis q̃ntũ expedit fermẽ
ti tm̃ hñs ꝛ sal' ꝛ bñ ꝯfectus ꝛ sicut oportꝫ
coctus. Est paꝝ fermentat⁹ ꝛ coct⁹. ꝛ in ce
teris a necessaria tꝑantia iminut⁹. est hñs
fermentum ex sale vltra q̃ꝫ satis est ¶ N

Est azimus ꝛ sale carens. Primus q̃dem
moderatior est in oĩbus his supdictis. in
stõ ꝑfecte digerit̃. ꝛ sanguinẽ in corꝑe cla
rissimũ generat. vñ nature ꝯfortat actõe₃
ꝓpterea ꝯmodus est qui q̃eti sunt ꝛ delici
arum delectatõe viuũt Et eis q̃ꝝ digestõ
defcm̃ patit̃ vt senior ꝛ egritudines exeũ
tium. Ars em̃ exhibita exterius sufficit na
ture laboranti interius. O ¶ Exercitã
tibus ãt laborãtibus nõ adeo ꝯueniẽs est
ꝓpter suã subtilitatẽ ꝛ facilitatẽ dissoluti
onis ex mẽbris eoꝝ Pãis fermentatus mo
dicum hñs salis nec bñ coctus. viscosita
tem g̃nat ꝛ g̃ssitatẽ. vñ durior est ꝛ peiore
tardior. ꝓpter hoc aptus est exercitantib⁹
ꝛ laborantibus. Nam abundantia calo
ris eoꝝ est causa fortitudinis ꝛ digestõis
S₃ q fermẽti. salisq₃ suꝑfluũ habuerit mi
nimũ nutrit. ꝛ ꝯfortat. v̊tus em̃ sal' hũidi
tatẽ ei⁹ ꝯsiccat. fermẽtũ ꝯiũctõe₃ rarificat
P ¶ Azim⁹ sit' minũ nutrit et durissime
digerit̃ tardissimeq₃ egerit̃. ꝓꝑetatẽ habꝫ
opilatõem ꝛ vẽtositatẽ g̃nandi. Idcirco
incõueniẽs est oĩbus naturis. nisi raro eis
q maxis laborib⁹ exercent̃ vt messores. ꝛc.



## Ca. cclxxxiij.

Rapa. Ysidor' libro ethimologiarum: Rapa dicta est a rapiendo id est comprehendendo. Est autem radice amplior napo sapore dulcior. 7 folio tenui. Palladius libro. iij. Semen brasice vetustum mutatur in rapam: Idem in libro. viij. In mense Julio serenda est rapa solo putri 7 solari in sicco nec spisso. locis humidis 7 cāpis letatur. Napus autem in sicco ac proprie tenui deuexo 7 sabulosis melior nascitur. loci proprietas vtrumqꝫ semen in alterum mutat. Nam rapa in alio solo ꝑ biennium sata mutatur in napos. alia vero napus transit in rapam Subactum solum stercoratum versatumqꝫ coquunt. qđ ipsis 7 segetibus proderit qui ibi āno eodem seruntur. Jugo raparum quatuor sextarij. napi autem quinqꝫ sufficiunt. Si spisse sunt interuelles aliquas vt cetere roborentur. vt vero in semina maiora redigantur erucam rapam folijs oīibus purgas 7 ad dimidij digiti crassitudinem in caule succides. Tunc in sulcis diligenter subactis octonis digitis separataꝫ obrues. inicies terram et calcabis ita magna nascetur.

## Operationes.

A Rapa est napus validissimus. ꝯturbat corpus 7 deducit Sed semen eius cōtra venena in potum datur. Rapa si frequenter comedatur inflatōem stomachi facit. Semen eius ex vino tritum valet cōtra morsus serpentum. B Dyasco. Radix rape bona est. 7 si ventrem inflat corpori tamen succum addit ventremqꝫ stimulat. Eius elixatura fomento podagris ac ꝑnionibus ꝑsidium est. Ipaqꝫ trita 7 imposita hec oīa facere potest. C Cima eius elixa 7 cōmesta est diuretica. Semen eius ex vino bibitum vulneribus venenatis proficit. Itaqꝫ semen in rapis calidum ac feruens videtur 7 ipse paulo solutiores creduntur. Sed quo minus caloris possident molliendi potestatem eo fortiorē continent. D Idē radix inflat. 7 semen in homine generat. vel augmentat Agrestis rapa locis siccis nascitur. fruticem collectum faciens cubiti longitudinem habens multasqꝫ virgellas. Folia leniora 7 in modum digiti grossa. Semen eius in folliculis est cōclusum nigrum 7 fragile. quod fractum habet intus colorem album Itaqꝫ faciei miscetur alba mentis vel etiam tocius corporis. E Ysaac. Calida est in. ij. gradu. humida in primo dure digeritur. Mollem 7 inflatiuam carnem facit. ꝑpter sui ventositatem. ꝑinde coitū suscitat. flegma augmentat. Utilis autē est si bis cocta vtraqꝫ aqua reiecta coquatur cum pinguissima carne. Idem. Cuius iure si pedes podagricorum loti fuerint dolori mitigatōem prestat. F Gal'. li. ij. de cibis cap̄. de rapa. Multiformiter autem 7 hanc homines preparant vsqꝫ ad hoc quod componunt eam cum garo 7 aceto vt habeant pro vsu ꝑ totum annum. Chimū autē reddit in corpore grossiorem cōmensurato. propter quod si habundauerit quis ī vsu ipsius. 7 maxime si quis deficienter in vētre digerens ipam congregabit vocatū crudum chimum G Ad secessum āt ventris neqꝫ contrariari vtiqꝫ. neqꝫ cōferre dicat quis ipam. 7 maxime quando decoquitur bene. indiget enim ipa 7 ampliori decoctōne. fit autem optima bis elixata sicut dictum est prius de caulis ꝑparatione. si autem crudior sumat̄ indigestibilis est. 7 inflatiua. 7 mala stomacho. quādoqꝫ autem 7 mordicationes operat̄ sub ventrem. ꝑ aquam autem elixatam admirabar vtiqꝫ si minus aliqua homogenearum plantaꝝ nutrit. H Et idem li. vj. de sim. medicinis cap̄. gegilidis siue rapa ipa 7 semen ad libidinem incitat inflatiui spiritus generatiua existens.



## ¶ Ca. ccclxxxiiij.

Raphanus. Ysidorus Raphanum grece nos radicem vocamus. eo q totus deorsum nitit cum reliq olera magis in summa ꝓsiliant. huius semie macerato. Palladius li. iiij. In mēse marcio raphunos aliq serunt quibus vtūtur estate. Idem in li. ix. Raphanum vt iam predem̄ est. sicut ⁊ brasicam ꝯstat esse vitibus inimicam. Nam ⁊ si circa se serantur natura discordante refugiunt. Auicenna Raphanus hꝫ lignū calidū ⁊ humidū in primo. Semen ca. in. iij. forcius est semen deinde cortex. postea folia. deinde caro

## ¶ Operationes.

A ¶ Radix eius a ieiuno cōmesta vel potata. put antidotum magnū adiutorium est sanitatis ⁊ tutamentū corpis. ſꝫ inflationem facit ⁊ ructus fetidos. B ¶ Fructus eiꝰ vrinā mouet. Uentrē decocta malaxat. ⁊ ī cibo prisicis ꝓdest. Toracis flegta purgat. Cū oximelle accepta vomitum mouet. Cum melle mixta putredinē curat Liuores tollit. Uim fungi venenosi cōpescit. C ¶ Contra viperatū morsus ꝓficit. Semē cū aceto datū splē minuit. ydropicis ac spleneticis in modū cataplasme impositū subuenit. D ¶ Radix in aceto ac melle cocta si gargarizet synaticos curat. Folia eius ꝯtusa ⁊ imposita dolentibus articulis ꝓsunt. E ¶ Raphano calidam esse vtutē. oīm̄ medicoꝝ opiniōe patet. sed nobis ex vsu intelligere licꝫ. nā cum ceteris cibis cōmesta. ideo in stomacho ructus efficit solus. q2 in eo coquitur prima. F ¶ Capillos ab iniuria alopicie restituit cum melle G ¶ Succꝰ etiā grauedinem auriū instillatus emendat H ¶ Egipcij rges in quibus erat studiū scrutati corpa mortuorum et causas valitudinum occulta fide recognoscere. ⁊ in ipso corde vicium nasci ꝓdiderunt. ¶ I Semine raphani cum melle trito ⁊ sumpto suspiria mitigantur. Tussis arcetur. Sola cum sale sumpta ventris animalia extinguit. Uentrem stimulat. Urinam cōcitat. Puerperis copiam lactis acquirit. K ¶ Nulla res forcius vrine difficultatē soluit. vel feminarum. imperat menstruis Raphanus ꝯmesta est customacha. post cibos sumpta digerit. eructuationē facit Cocta ⁊ esa tussiētibus ⁊ pituitaribus stomachi medetur. L ¶ Corium eius cataplasmis adhibitum cum melle pascēcia vulnera curat. M ¶ Liuoreꝫ imposita tollit. Morsibus venenatis occurrit. Lentigines purgat. Bibita menstruis imperat Semen eius bibitum est diureticum. Splenem tremiscere facit. ¶ N Elixum cum oximelle gargarismo synanticisqꝫ opitulatur. Cerasa quoqꝫ puncto accepta statim medetur. Detur concauo immissa. vel gingiuis fricata. dolorē eius mire sedat. O ¶ Est aliud genus rafani quod multi armoratiam dicunt habēs folia lapsane similia. cuius radix oblōga est ac tenera de q. s. sup dcm̄ ē P ¶ Platea. Raffanꝰ ca. ē ⁊ sic. in. ij. g. Uirtutē hꝫ icidēdi dissoluēdi. ex eo fit ꝯpetēs oximellis ꝯ qrtanā. ⁊ ꝯ cottidianā. ꝯ duriciē splēis.

M ¶ Herba ipsa cocta in vino et oleo sple ni cathaplasmet. Pectini cataplasmata stranguiriam et dissinteriam soluit. ¶ R Ypocrates. Capillos mulierum defluos ra phanis iubet fricari. et contra tormenta vul ue sup ymbilicum imponi. Reducunt et ci catricem ad colorem Semen impositum ex aqua sistit ea que fagedenas vocant vl cera. S ¶ Democritus. Uentrem hoc ci bo putat stimulari. et ob id fortasse voci no cere tradiderunt aliqui: folia que duntaxat in oblongis nascuntur aciem oculorum excita re dicuntur vbi vero acrior medicina admo ta sit: ysopum dare protinus imperant. Hec antipatia est: Aurium vero grauitati rafa ni succum instillant. T ¶ Papias. Hume ctat et dispgit flegma auctoritate sua. Folia tamen eius minus austera sunt. Radix trita in vi no nauseam puocat. V ¶ Plin. li. xx. Ra phani stomachum purgant: pituitam extenuant. vri nam pcitant: Est estiuosus in ytalia et arotiam vocant satiuam. Satiui decocti mane ad tres ciatas poti calculos cominuunt et eijciunt Ad tussim que ieiunis raphanus pdest in mane cum melle. Semen eius tostum deinde ptritum cum melle suspiriosis valet: Ideoque contra venena pdest.



# ¶ Ca. cclxxxv.

Radix. Platearius. Radix est herba cuius radix simili nomine appella tur. et est cal. et sic. in. ij. gradu: Uir tutem raphano similem habet. Et contra easdem causas valet eodem modo. sed non efficax est. Itaque cum in recepto inuenitur potest poni radix raphani si radix non ha beatur. Palladius li. xx. In augusto men se vltimo siccioribus locis radices puenit seri. que hyeme ministrent vsum. Amant terram qualem rapa pinguem ac solutam et diu subactam. tophum vero reformidant et gleream Gaudent celi statu nebuloso. se rendi sunt autem grandibus spacijs et al te fossis. melioresque pueniunt si serantur in arenis post nouam pluuiam nisi forte po ssint rigari. quod satum est statim leui sarcu lo debet operiri sed tamen non ingerendum est sed pocius palee que inde fungose sunt. Suauiores autem sunt. si eas aqua salsa fre quenter aspergas. Radices feminini ge neris putantur que minus acres sunt. habentque folia latiora lenia et cum iocunditate viren tia. ex his ergo semina sunt colligenda. Ma iores fieri creduntur si sublatis omnibus fo lijs solo tenui caule demisso. sepe terris o periantur. Si ex nimis acra dulcem fieri velis semen die ac nocte melle aut passo macerabis.

## ¶ Operationes.

A ¶ Ysaac. Radix est ca. in. iij. gradu. sic ca in. ij. minus quam rapa nutrit propter acu men suum: quod forcius est acumine rape. Nutrimentum eius est durum et grossum digestioni stomachi nociuum et inconueni ens dentibus ac oculis et gule omnibusque doloribus vulue B ¶ Secundum vero medicinam conuenit. secundum cibum manducata tortionem et inflationem facit: et illaudabilis stomacho fit. Quod testatur ructatus eius quando maxime fit ante cibum. eleuat enim et descen dere phibet cibum ad locum coctionis. Ideoque fit causa indurate digestionis. Natu ralemque virtutem inbibit: cibum expellens in supiori parte ex quo re fit vomitus maxime his qui vento sitatem in stomacho habent ex consuetudine.

E ¶ Que tamen post cibum accepta mīnorem agit ventositatem ascendētem superius: quia cum grauitate sua descendit inferius deponitq̧ cibum incoctionis locum. Et vt oportet digerit̄ vnde causa cōfortande secunde digestionis efficit̄. hoc est gratia sue coctionis. que non hn̄tibus ventositatem accepta post cibū impedit. D ¶ Pro inde si quis eam vult accipere pro vomitu ante cibum sumatur: sed propter supplementum secūde ac tercie digestionis. post cibum mādu cetur. ¶ E Item radix comburitur ꝛ puluerizat̄ sup vlcera humida mūdificat ꝛ desiccat illa. Et putanr aliqui ꝙ exprimat̄ succus eius ꝛ detur in potu cum vino. ꝛ cōueniat medicinis mortiferis: ꝛ semen eius etiam facit hoc. Nos autem experti sumus multociens de hac planta: ꝙ qn̄ coquitur multū cum kist ordei donec dissoluatur in decoctione ꝛ detur in potu habet magnaꝫ efficatiam in egritudinibus pectoris antiq̄sque fiunt ab humoribus grossis: ¶ F Eidem aucto. Ruffi. Raffanus confert flegmati. ꝛ prouocat vomitum ꝛ est malꝰ capiti. ꝛ oculis dētibus ꝛ palato: ꝛ corrūpit cibum. Et est ꝯueniens omnibus egritudinibus mulierum. ꝛ generat vētositates in superioribus partibus ventris. Et illud aucto. Humay ꝓpter suam malitiā est velocis putrefactionis sue substantie. G ¶ Eidem auctoritate Rasis. Dixit mihi quidam amicus meus ꝙ expertus est hoc. ꝛ inuenit verum. Distillauit eñ aq̄m radicis raphani super scorpionem. ꝛ inuenit ipsum statim immobilem. deinde continuo inflatus est ꝛ crepuit per medium. Et radix ꝯuenit fe. quartanis ꝛ rigoribus febrium periodicaꝝ. ꝛ doloribꝰ vētris.



¶ Ca. ccclxxxvj.

Raphanus agrestis. Dias. Raphanus agrestis iūcos duos siue tres spargit in terra rubentes. folia rute similia: radices cepe. sed ampliora quē q̄dam raphanū siluestrē vocant. Intꝰ hꝫ medullā candidā. extra cortices nigros. nascit̄ in montibus ꝛ locis asꝑis: aliquando ꝛ vmbrosis.

## ¶ Operationes.

A ¶ Serap. Raphanus agrestis est hn̄s folia similia lapsane. ꝛ hꝫ radicē mollem. subtilē longā ꝛ tenerā: ꝛ saporeiꝰ ē acutus cuiꝰ folia ꝛ rami coquunt̄ ꝛ comedunt̄ et ꝯueniūt stō. B ¶ Virtus etiā ei est viscida et diuretica et calida. ꝛ ideo in cibo sumpta copiosaꝫ effundit vrinā. Incitat etiam mēstrua feminaꝝ stō. vtilis ꝛ ex aceto data Pituitas glutinosas cum melle sumpta dissoluit. lūbricos latos excludit. C ¶ Radix adusta ꝛ in puluerem versa ad siccandum ꝛ purgandum vulneribus

imponitur. Quidam succū eius cum vīo dant contra venena. eadem vis in semīe est si cum melle sumat̄. nobis expertum est armoratiam in ptisana sorbitiōem disco ctam toracis vicia sanare. B Sz raffanus agrestis quē romani vocāt armo rachion hz folia similia folijs domestici: 7 habet radicem longā z mollem. 7 sapor eius est ad acuitatem declinans. cuius folia 7 radix si coquant̄ 7 comedant̄ cōueniunt stomacho. Et eius v̄tus est calida inflatiua E Et puocat vrinam 7 menstrua. 7 q̄n sumit̄ cum melle incidit humores grossos 7 viscosos in pectore.




Ca. ccc lxxxvij.

Radicula. Plinius libro. xix. Radicula est herba lauādis lanis apta ad hoc succū hz mirā q̄ntū cādore cōferens eq 7 mollitia: nascit̄ vbiq3 satiua. sz sponte p̄cipue in asya syriaq3 saxosis 7 asperis locis. Trās eufratē tñ laudatissima caule tenui ferulaceo ip̄isq3 cibis indigenarum expetito. et vnguenti quicquit sit cum quo decoquatur oliue folio. hāc struthion vel ysatin greci vocāt. Estate floret aspectu grata. verū sine odore spinosa. et caule lanuginoso. semen ei nullum. radix magna que conciditur ad q̄z dcm̄ ē vsum

## Operationes.

A Pli. li. xxiiij. Tingentibus 7 radicl'a ramos p̄parat q̄ struthion a grecis vocari diximus. B Medet̄ morbo regio ip̄a decocta. 7 vis potū. Itemq3 vicijs pectoris obuiat. aluum sistit. Uuluasq3 purgat. q̄obrē aureū poclm vocāt eā medici 7 melle etiā p̄dest magnifice ad tussim: C Ortopnee p̄dest mensura coclearis cū polenta v̄o 7 aceto lep̄s tollit. Eadēq3 cū panace: 7 caparis radice calc'os frangit ac pellit: p̄anos discutit cū ordeacea farīa 7 vīo decocta. D Miscet̄ 7 malagiatib' 7 collirijs claritatis cā: ad sternutamēta vtil' iter pauca E Lyeñ q̄z ac iocineri eodē mō p̄ficit: p̄ō denarij pōdē ex aq̄ mulsa sanat suspiriosos. sic 7 pleureticos. oēsq3 lateris dolores. F Pan. Radicula. i. condisi. et ponit̄ in antidotario virili in potione ad scrofulas



Ca.ccclxxxviij.

RAnnus latine et grece. arabice hausis vel husch siue hasig. Serapio. li. aggre. cap. hausis siue hasig id est rannus est planta que nascitur in vallibus. Et sunt eius tres species: Una habz stipitem rectum spinosum sicut arbor que dicitur alchisialich. in ramis et spinis eius et folia eius sunt oblonga habentia humiditatem viscosam que adheret manui. Secunda est fortis alba plusquam ipsa. Tercia habet minora folia quam ipsa et latiora. et declinat parum rubori. et rami eius sunt longi. longitudo eius est brachij vnius et est spissior alijs et est debilior. spina vero eius est acutior. Et fructus eius est latus subtilis. et est velut in vaginis sicut herba que dicitur sachidalion. Et idem auctoritate Gal. Quod administratur ex ranno sunt folia eius dum sunt recentia. Et virtus eius est que infrigidat et desiccat in. ij. g.

Operationes.

A Dyascorides cap. de ranno. Rannus frutex est qui circa ortos nascitur. Huius virge sunt longe et spinose. folia habz pinguissima longa et leuia. Est etiam alia rannus colorem habens subalbidum: Et tercia habens colorem subrufum: et vgulas longas cubiti quinque. et plus hec spinose sunt. et minimam habent virtutem. Eius semen latum est et tenue. et in folle reclusum sicut affodilli. B Idem. Omnium specierum ranni folia cathaplasmatibus adhibita ignem sacrum corporis prohibent. Sera. Uirtus ranni est que curat formicam et herisipilam que est tempore caliditatis: Unde quando fit emplastrum cum folijs eius curat herisipilam et formicam: Et dicunt aliqui quod quando rami eius suspenduntur in hostijs et fenestris cessat operatio arboris eorum C Pli. li. xxiiij. Inter genera rubor ran nus appellatur a grecis candidior frutex: Is floret ramos spargens rectis aculeis non vt ceteri aduncis Alterum genus est siluestre nigrius. rubentes ferens folliculos. huius radice decocta in aqua: fit medicamentum quod licium vocatur: D Semen secundinas trahit alter ille candidior stringit. sed magis refrigerat. collectionibus et vulneribus accomodatior. E Constantinus in li. graduum: Rannus frigida est in primo gradu: sicca in secundo: valet pustulis oris. Uentris dolorem et stomachi defectionem curat cathaplasmatus herisipilam destruit. F Succus eius oculorum collirio mixtus. siue solus: conuenit dolori oculorum. maximeque pannorum albedini. Bibitus autem lapidem renum frangit.



Ca.ccclxxxix.


REubarbarum. Ysidorus. in li. ethimologiarum. Reubarbarum dicitur quia in solo barbarico trans danubium inuenitur: reuponticum quod circa ponticum inuenitur. Et idem dicitur reu quod est radix quasi radix barbarica vel pontica. Plateariis. Reubarbarum quod in india et vltramarinas partes reperitur: radix est cuiusdam arboris: quasi quedam tuberositas. Eligitur

illud quod graue est in suo genere 7 nõ ꝑforatum q̊d etiam cum frangit᷑. interius habet quasdam venulas distinctas. hinc rufas. hinc subalbidas. hinc croceas. 7 cõmasticatum tingit quasi crocus. virtutē habet purgãdi colerã principaliter 7 diureticam. competenter poniť in syrupis contra febres acutas. Auicenna Reubarbarum adulteratum spissius est ac vehementius stipticũ purum autẽ est vehemẽcius rarꝫ 7 minus stipticũ. 7 est crocee tincture. In ipsa est terreitas amara ꝓpter actionem igneitatis in ipsa.

## Operationes.

A ¶ Platearius. Contra calefactionem epatis 7 opilatõem ex calida causa datur cum aqua calida. B ¶ Auicenna Reubarbarum confert panno ac vestigijs super cutes remanentibus qñ cum aceto linitur. Ex eo fit emplastrum ad apostẽata calida: Confert eciam impetigini cũ aceto: Eius epithima casui 7 ꝑcussioni confert valde. prodest etiam contusioni lacertorum 7 rupture. C ¶ Confert asmati 7 sputo sanguĩs: 7 epatis stomachiqꝫ doloribus intrinsecis. Sigultui 7 dolori pũgitiuo ventris. ac dissinterie: ac dolori renum 7 vesice. atqꝫ matricis: 7 fluxui sanguinis: ac febribus antiquis: Splenẽ attenuat. 7 morsui vermium venenosorum remedium est: D ¶ Constantin9. Reu aliud est indicum aliud ponticum: Indicum est laudabilius. calidũ 7 siccũ in secũdo gradu: Quoddã stipticitatis 7 acuminis habet Stomacho defecto valet. vẽtositatem 7 epatis dolorem 7 splenis duriciem. 7 ypocundriam: 7 extensionem curat Renum ac vesice dolorẽ 7 matricis exstirpat. E ¶ Sanguinem de pectore manantem cõstringit. hanelitus singultum: Vulnera intestinorꝫ diuturnam solutõem ac prolixam febrem amputat. faciem 7 cutem a lentiginibus 7 impetigine mundificat: Contra reptilium morsus facit pulverisatus 7 cum aceto temperatus ¶ F Pandecta. Reubarbarum diciť a reu q̊d est radix 7 barbarum quia est radix que ĩ barbaria regione oritur. 7 in india 7 trãsmarinis partibus. Et est aliud quod dicitur reuponticum. de quo in sequenti cap. quoniam dicitur sic eo ꝙ in ponto insula reperitur. vel quia ponticum habet saporem: G ¶ Reubarbarum vt quidam dicunt radix est cuiusdam arboris: reperitur quasi quedam tuberositas in radice eius. 7 cetera. 7 est ca: 7 sic. in secundo gradu. Johannes mesue. Reubarbarum q̊ddam oritur in india Et vocatur raduedseni 7 est melius. 7 quoddam oritur in barbaria: 7 est laudabilius post illud. 7 quoddam oritur in Turchia. 7 est minus laudabile illis: 7 laudatur magis ex eis quod ẽ subnigrum declinans ad rubedinem. et quod graue est cum raritate sua: 7 in quo in confracturis inuenitur disgregatio ex ruso 7 glauco: 7 quod est crocee tincture: 7 quod est recens cognoscitur quod non est adulteratum. quoniam est rarum 7 minoris stipticitatis 7 est crocee tincture H ¶ Adulteratum vero habet contrariũ horum. 7 varietatem quam habere debꝫ in confracturis amisit. ymo subnigrescit in eis: 7 est calide complexionis 7 sicce in secundo gradu. I ¶ Conuenerunt ãt in permixtione eius aqueitas dãtes ei stipticitatem substancie. 7 aereitas dans ei raritatem substantie: 7 est in eo igneitas perficiens que propter actionem eius et terreitatem ipsius ipm facit esse amarum verum terreitas est ꝸm profundum eius 7 igneitas est in sũꝑficie ipius. que propter infusio separat inter eius substantias. et completio opationis solutionis 7 apertionis opilationũ ꝑ ipm est per dominium caliditatis in superficie eius. 7 consecutõ contractionis per ipm est a substãtia sua terrea stiptica Non est in eo nocumentũ apparens: 7 datur in omni tpe 7 in omni etate ita ꝙ etiam pueris 7 pregnantibus datur. 7 est de elegantioribus 7 melioribꝰ medicinis aque lactis 7 proprie q̊d sumptum est ex capris que magnificat opera

tionem eius similiter magnificatur infu
sio eius in aqua endiuie ⁊ apij prius buli
tum ⁊ colatum. vel in aqua plantaginis.
⁊ non pmittat quin cadat in societate ei⁹
spica; Est em̄ proprij iuuamenti cū ipso
neqꝫ pretermittas additōnem modici vi
ni albi odoriferi clari ī infusionibus ei⁹. ⁊
proprie qn̄ in emendatione opilatōnum
propinatur, ⁊ eius quidem infusio ɔpetit
qn̄ solum queritur abstersio solutio ⁊ opi
lationum apertio; ⁊ ipius contriti exhibi
tio; qn̄ queritur vt post illam in visceribꝰ
vestigia contractionis remaneant. verū
ex eo quod assum est vehementius ex adu
sto. ⁊ quod ex eo purius est sustinet quod
oportet. ⁊ meretur de cōtritione. In raro
autem ⁊ laxo contritio vehemens ī soluit
virtutem decoctio etiam similiter ī soluit
qualiscunqꝫ sit. K ❡ Johannes mesue
Educit solutione eius coleram ⁊ flegma
maior eius ꝓpetas est mundificare epar ⁊
stomachum; ⁊ confert doloribus pungi
tiuis coꝝ ⁊ viscerum L ❡ Et clarificat
sanguinem; ⁊ aufert opilationes. ⁊ mor
bos quoꝝ mater est opilatio, sicut hydro
pisim. hyctericiam. ꝗſſiciem splenis. ⁊ fe.
opilationum ⁊ similia. M ❡ Et ex pte
substantie sue ꝓpetas est ɔferre sputo san
guinis ⁊ emanationi eius vndecunqꝫ sit.
⁊ casui ⁊ ꝑcussioni. ⁊ sanare rupturas in
trinsecas ⁊ extrinsecas ⁊ ꝗpe eius. ʒ. j mini
me ℥. ij. ⁊ rubee tinctoꝝ ℥. xv. cū vino sti
ptico. N ❡ Et cōfert inunctio olei ei⁹
ɔtusionibus ⁊ contritionibus lacertoꝝ ⁊
doloribus coꝝ. ⁊ ipm quidem est medici
na singultus; et est medicina bona dissin
terie. ⁊ ꝗpe quod ex eo est assum. ⁊ bibitū
cum succo plantaginis ⁊ pauco vīo stipti
co. O ❡ Et confert fe. periodicis. ⁊ fe.
opilationum; ⁊ fe. antiquis. Dosis potio
eius infusionis a. ʒ. ij. ß. vsqꝫ ad. x. ⁊ ɔtritis
a. ʒ. j; vsqꝫ ad. ʒ. iiij. P ❡ Et ipm con
seruatur per annos. iiij. ⁊ conseruat a cor
ruptione ⁊ putrefactōe. si suplinianur ei
cera. ⁊ terbentina liquefacte aut cera sola
aut si sepeliat in psillio aut milio. conser
uatur enim tunc tempore extenso.




❡ Ca. cccxc.

Reuponticum; Pandecta; Reupō
ticum. i. barba sirista; ⁊ ē radix pō
tica multum similis reubarbaro.
Interius habꝫ venulas distinctas vt reu
barbarum. sed non tingit vt reubarbarū
Et dicitur reuponticum eo ꝙ in ponto in
sula reperitur. vel quia ponticum habet
saporem. ⁊ reu tantum est dicere quātum
radix; Dyasco. cap̄. de reupontico; Reu
ponticum nascitur in bossoro. ⁊ sic ad gre
ciam venit. cuius folia magna sunt simi
lia folijs simphiti. radix est aliquatenus
vasta ⁊ nigra; Hasta similia centauree. ſꝫ
breuior est fragilis ⁊ leuis in pōdere sine
odore; ⁊ gustu amara leuiter stringens et
si masticet sit glutinosa ⁊ crocei coloris.

❡ Operationes.

A Dyascorides. Uires efficaciter habet stringentes. 7 ideo vino quasi in fomẽto imposita inflationes desiccat. 7 vulnera glutinat: ac sanguinis abundantiam ꝛprimit: habet in se magnam substantiã temperandi quia tenet in se terreni frigoris 7 caloris partem. 7 leptomeris est ad asmata: ergo reumatica 7 orthogonia iuuat potata liuores 7 empetigines sanat cum aceto illinita. 7 potata emoptoycis 7 dissintericis prodest. sed bona est q̃ non est ꝓtusata In gustu muscillaginosa modicum submordans. bibita inflationem stomachi tollit. Laxitudinem 7 dolorem stomachi spleneticis 7 epaticis bibita ꝓdest. B Conquassatõnem corꝑis reficit. De alto cadentibus subuenit. Neufreticis 7 tortionibus 7 thoraci 7 ypocundrijs salutare est. Stericas 7 sciaticas causas compescit. Sanguinem reijcientibus vtiliter adhibetur. Asmaticis prodest. C Subglucientibus vtiliter adhibet. Ciliacis 7 dissintericis frigoribus tipicis singulare presidium est. Morsibus venenatis occurrit similiter vt agaricus dat̃ i omnibus causis. Lernas limpidat 7 liuores cum aceto imposita: similiter cum aq̃ liuores omnes tollit. Uirtus est ei termantica 7 paulo stiptica. D Paulus ca. de reupontico. Cal. est 7 sic. in. ij. gradu. Uirtutem habet mundificandi confortã di ex ponticitate sua 7 diureticam ex qualitatibus. Aqua decoctionis eius soluit opilationem splenis 7 epatis ex frigida causa cerotum ex puluere eius 7 oleo rosarum: 7 cera valet contra debilitatem stomachi. Puluis eius lumbricos eius occidit. E Ysidorus libro ethimologiarum. Reuponticum sanguinis habundãtiam reprimit. habet in se maximam temperandi substantiam. quia t̃tinet in se terreni frigoris 7 caloris partem. Et etiam leptomeris vnde potata ad spasmata reumatica iuuat. Et leniores empetigines sanat. Splenem reprimit. 7 luxuriam tollit cum aceto bibita emoptoycis 7 dissintericis est iuuatiua F Bibita quoq₃ stomachi inflationem eiusq₃ lassitudinẽ prohibet ac dolorem. Spleneticis 7 epaticis proficit. conquassationes corporis reficit. ac de alto cadẽtibus subuenit. Lũbis etiam 7 tortionibus toracis 7 ypocũdrijs est salutaris. G Stericas 7 sciaticas causas compescit. Sanguinem reicientibus adhibetur vtiliter. Asmaticis subglutientibus ꝓdest.



## Ca. ccc xcj.

Resina. Ysidorus libro. xvij. Resina est lacrima sudore lignorum exaltata vt balsami seralupini 7 lentisci 7 arborum 7 virgultorum que sudare perhibentur. Reyn em̃ grece emanare dicit̃ vel sudare sicut ligna odorifera orientis sicut gutta balsami aut ferularum. quarum gutta durescit in gemmam scilicet in electrum Prima autem resina dicit̃ therebẽtina 7 est prestantissima pre alijs 7 defertur de arabia. Judea Syria cipro 7 affrica. 7 ab insulis maris. Secunda est

lentiſcina que maſtix vocatur hec de chio insula deportantur. Tercia eſt pinealis. ⁊ hec nunc eſt liquida nunc dura inuenitur Item Yſidorus. Reſina igitur dicitur qd libet gramen liquidum vel aridum liquida reſina. vt balſami ⁊ terebentina dura vt maſtix thus ⁊ mirra ⁊ huiuſmodi. Omnis autem rſina primo eſt mollis ⁊ liqda vel viſcoſa. ſed in prima ſui emanatione ⁊ aliqua remanet liquida ⁊ aliqua calore vel frigore induratur. Omis aūt reſina eſt vtilis in medicina ⁊ ideo reſina poſita in nobilibus antidotis ⁊ vnguentis. Operationes autem ⁊ virtutes reſine ſingulorū quere in locis ſuis.



## Ca. cccxcij.

Ribes. Pandecta. cap̄. dc. vij. Ribes quidam dicunt ꝙ eſt acetoſa. ⁊ quidam dicunt ꝙ eſt coccus. ſed falſo quoniam coccuſ non eſt acetoſa: qm̄ Meſue facit ſe motim ca: de rob de ribes Et caplm de Rob de acetoſa. Similiter vbi ponit cap̄. de rob de ribes ait ꝙ valet ſicut rob de acetoſa: Item non eſt coccus qm̄ coccus eſt ca. ⁊ ſicce complexionis. ſꝫ ribes ſunt fri. ⁊ ſic. Albani. Ribes eſt plāta ſtipitem habens rubeum ad viriditatem declinem tenerum. folia rotunda viridia nigra. cuius granum potatur de coraſceni acidi ſaporis: de quo fit rob. ⁊c. Nos autem loco eius ſuccum acetoſe que eſt lapacium agreſte ponere poſſumus. Serapion li: aggre. cap̄: Ribes: auctoritate Yſaac benaram Ribes eſt planta habens capreolos recentes rubeos ad viriditatem declinantes. ⁊ habet folia maḡ lata rotunda viridia. ⁊ habet grana quo ſapor eſt dulcis cum acetoſitate: Et ip̄a ē fri. ⁊ ſic. in: ij. gradu: Et ſignum ſup hoc eſt acetoſitas eius ⁊ ſtipticitas: Et ex hoc contingit ꝙ infrigidat ſtomachū. Et alii qui dicunt ꝙ eſt fri: ⁊ ſic. in: iij. gradu. Naſcitur aūt planta iſta in montibus ſyrie frigidis niuoſis

## Operationes.

A Serap̄. Ip̄a abſcindit ſitim. ⁊ ꝯfert ſpeciebus habaon. i. morbilli. Et abſcindit ſitim que fit a caliditate corporis. ⁊ retinet fluxum: B Et conuenit ſpeciebus bothor que fiunt in corpore ſicut variole ⁊ ſimilia. C Et prouocat appetitum: ⁊ incoriat ſtomachum ſua frigiditate. ⁊ abſcindit ſitim a colera ⁊ fluxū vomitum. Et rob eius cōfert cardiace ⁊ vomitui ⁊ fluxui qui fit a colera. D Et prouocat cibi appetitum. ⁊ in rob. eiuſ eſt dulcedo ⁊ acetoſitas: E Et ideꝫ auctoritate Aben meſuay. Fri. eſt ⁊ ſic. in: ij gradu. Et rob eius eſt ſicut rob acetoſitatis citri ⁊ agreſte in virtute. Et eſt bona emorroidibus ⁊ ebrietati. Et putant alii qui medicorum quod etiaꝫ ſit illa q̄ nōiatur acetoſa ⁊ lapacium: ⁊ putauerūt aliq ꝙ ſit granum acetoſum quod affertur ex coraſceni. licet omnes decipiant.



## Ca.cccxciij.

Rizi. Pandecta caplo. lvij. Arz arabice. grece ozora. Latine vero rizi. Galienus primo de cibis cap. de rizo In sapore eius est stipticitas. 7 ideo retinet ventrem retentione temperata. et in cortice eius est rubedo magis manifesta q̄ in ipo met aut in reliquo corpis ei⁹: 7 minus nutrit q̄ frumentum. Et idem viij. sim. far cap. orosa Orosa id est risum habet quid stipticum quo circa ventrem moderate detinet. Et idem libro p̄dicto de cibis Hoc semine omnes ad restrictionem ventris vtuntur delectationem ipsius similem facientes condro. Est autem indigestibilius condro: 7 nutriens min⁹. sicut 7 ad delectationem edulij deficiens ab ipo plurimum.

## Operationes.

A Serapion libro aggre. cap. Arz: id est risum. Sunt calide 7 sicce cōplexionis in primo gradu. Almansor tractatu. iij. ca: arz de riso. Risi temperiei q̄ est iter ca. 7 fri: vicinum existit: 7 ventrem stringit. Solitis autem colicam pati nocet. eo q licet nutriat. de ventre tamen non facile descendit. nisi coquatur cum aliquo multum vnctuositatis habente quod quādo cum lacte coquit̄ 7 cum zuccaro cōmedit̄ plurimum nutrit atq̄ sanguinem augmētat B Item Serapiō: Qn̄ sani egēt pultibus eius propter punctiones quas habent in ventre: aut propter fluxū multorum humorum super quos vincit colera: aut aliqua alia de causa simili huic. coque rizi quousq̄ dissoluantur 7 fiant sicut aqua kist 7 da in potu hora conueniētior vsus eius tempus est humidum. 7 quādo stomachus est fortis virtutis ad cibos. C Et idem aucto. dyas: Et pauci nutrimenti stringit ventrem: auget sperma et minorat feces 7 vrinam et ventositates. est em̄ completum in stipticitate. 7 ideo ē bonum vlceribus intestinorum 7 punctōnibus eorum quando bibitur. aut fit cum eo cristere. 7 rubeum est constrictiuū plus D Ysaac: Rizi natura calidū est in primo gradu. siccum in secundo. Aliquādo mola teritur. eiusq̄ farina sicut tritici coquitur. 7 valet his qui morsionē in stomacho 7 intestinis paciuntur Integrum autem cum aqua coctum valet ad colericam dyarriam. Cum lacte 7 amigdaleo coctum constipationem suam amittit. 7 perfecte nutrit. Sanguinem bonū generat si cum eo vel aqua eius lentigines laues: aufert eas. 7 cutem mundificat: E Constātinus in pantegni. Risum calidum est in primo gradu siccum in secundo. Vn̄ ventrem stringit non tamen multum nisi mixtum sit ibi milium. lotum quoq̄ et cū butiro 7 amigdaleon coctum. non est vētris constipatiuū sed mitigat dolorem stomachi. 7 ardorem intestinorum: Huius nutrimentum temperatum est 7 digestiuum. si cum lacte coquitur constipationem facit sed humectat ac nutrit F Auicenna in secūdo canone. Risum ca: est 7 sic. Nutrimentum prebet multum. tarde infrigi

datur 7 in ipo est abstersio. Decoctum cũ aqua stringit vsq3 ad terminũ. Et in spermate facit augmentum G ¶ Idem in iiij. canone Cortex rizi venenũ reputatur vt em̃ quidam primoꝝ dixerunt ei cui in potu datur accidit statim dolor in ore 7 in lingua: et ipa lingua apostemat. dein dolor in vmbilico extendit 7 stomacho: intestinisq3 eius. Totumq3 corpus inflãmatur. curat cum curatione cantari dum Oportet autem q in oleo eius quod ipse in potu sumit citonia sint decocta.

## ¶ Operationes.

A ¶ Isaac vt sup. Cortice eius mundate laudabiles generant chimos, nec inflatõnem aut ventositatem faciũt vt fabe. Ad vsum edendi bone sunt in estate 7 in calida regione. B ¶ Cathaplasma ex eis membris fractis appositum: solidat 7 dolorem aufert. C ¶ Ius ex eius velut ex faba factum valet ad cardiasim tussim et dolorem pectoris.





## ¶ Ca. cccxciiij.

Robelia Isaac Robelie frigide sũt in primo gradu medie inter humida 7 sicca. Cortex earum stipticus est. Actor. Iste sunt videlic3 robelie sicut diximus paulo sup que a nõnullis medicorum nostroꝝ estimant esse pisa:

## ¶ Ca. cccxcv.

Rododendron. Isidorus. Rododendron corrupte vulgo lorandꝛ vocatur: eo q foliis lauri sit simil flore vt rosa. Arbor em̃ venenata est. iter ficit em̃ altera. 7 medet serpentũ vexationibus:

## ¶ Operationes.

A ¶ Plinius. libro. xvj. Rododendron vt nomine apparz a grecis venit: Alij nerium vocauerūt. Alij rodophanem vocauerunt. fronde sempiternum rose similitudine caulibus fruticosum Jumentisqz capris ⁊ ouibus venenum: Idem tamen est homini: contra serpentum venena remedium. B ¶ Idem li. xvij. Rododendron seritur propagine. sicut etiam semine. C ¶ Idem li. xxiiij. Rododendros ne nomen apud nos inuenit latinum. sed radophonem vocāt aut nerium: Mirūqz folia esse quadrupedum venenum: homini vero contra serpentes presidium addita ruta ⁊ vino pota: Pecus etiam ⁊ caper si aquam biberint in quo folia ea maduerint. huiusmodi mori dicuntur.



¶ Ca. ccc xcvj.

Robur. Actor Robur (fm ysidoꝝ) generaliter dr̄ ex oī materia qcqt est firmissimum. Nihilominus tamen ⁊ arbor quedam hoc nomine nuncupatur. de qua frequenter plinius loqtur.

## ¶ Operationes.

A ¶ Plinius libro. xvj. Robor est glandifera sicut ⁊ quercus ac ylex. preter fructū ⁊ alia gignit plurima: fert enim ⁊ galle genus vtrumqz. Et quedam veluti mora. nisi distarēt arida duricie: plerumqz caput imitantia thauri quibus inest fructus nucleis oliue similis. Nascuntur ⁊ in eo pillule nucibus non absimiles intus habentes flocculos molles lucernarum luminibus aptos: Nam ⁊ sine oleo flagrant. sicuti galla nigra. Fert ⁊ aliam vtilem pillulam cum capillo. verno tempore tamen melligeni succi. B ¶ Gignunt et alij ramorum eius pillulas corpori non pediculo adherentes candicantes vmbilicis. Cetera nigra varietate dispersa: Medio cocci colorem habent. C ¶ Aliquādo ⁊ culices gignit. Necnon ⁊ e folijs cōuolutas pillulas: ⁊ in folio rubentes. Aquosos nucleos candicantes ac translucidos q̄ diu molles sint. in quibus ⁊ culices nascuntur Maturescunt in modum: ferunt ⁊ robora canchrin pillulā in medicina vim vrendi habentem. Is crescit hieme: aperitur vere pillula tota, caditqz cum folia crescere ceperint. Tam multi fera sunt et tot res preter glandem robora paruum: Sed ⁊ boletos squillosqz nouissima irritamenta gule que circa radices nascuntur: D ¶ Robora quoqz viscum ac mella fert vt autor est hesiodus. cōstatqz rores melleos e celo cadentes non alijs magis insidere frondibus: Cremati quoqz roboris cinerem introrsum esse certum est Scādula quidē e robore fit aptissima. mox e glādiferis alijs sed minime durans preter q̄ e pino. Montes ⁊ valles diligit: robur castanea ⁊ abies: Sunt autem robori folia toto ambitu sinuosa. Et sunt eis etiam in caudice ipo iam densa ac rara. semperqz late rariora disposita mirto.

¶ Item robur abies et larix non ptinuant germinationem. sed intermittũt. et tripartita trinaqz germina edũt. Ideo et inter squamas corticem spargunt. qd omnibus arboribus euenit in germinatiõe. qr rumpitur cortex pregnãtium. Robori scissus est cortex non leuis sed scaber. Radices copiose atqz carnose. quas in profundum agit mollis ac pessima ligni ps etiã in robore facile putrescẽs teredini obnoxia Ideoqz semp est amputanda ¶ F Robor ylex ac morus et ebenus et que sine medulla sunt tota ossee sunt. Robor spissam habet materiem eiqz nigricãs color est Tanta duritia inest robori. vt nisi madefactum non queat terebrari. et ne qdem sic quid ad actus clauus auelli. Itaqz cariem vetustatem sentit tardissime. sentit tamen teredinem cesum in vere Bruma vero neqz viciatur neqz findit. Alias obnoxium etiaz vt torqueat sese findatqz qd in subere tẽpestiueqz ceso euenit defossuz diu durat robur. sed aqua marina corrũpitur. G ¶ Robur et olea in transuersum posite incuruanturceduntqz ponderi. Viridia preter robur et buxum ptinatius resistunt sectioni serrarum quia dẽtes equalitate replent inerti. Sunt autem robura et inter se et cum alijs glutino insociabilia. viscus adnascit et in robure vt quercu et ylice. H ¶ Idem libro. xvij. Insitorum omnium capacissima dicit platanus. postea robur. verum vtraqz sapores corrumpunt. pedamẽta sunt optima vicibus e robore oleaqz. Preterea pomiferis que germinant. nec fructum ferunt. scissa radice lapis inditur. fertilesqz fiunt. Hoc idẽ in amigdalis e robure cuneo adacto fit. Deniqz arbores quedam ablato in totum cortice moriuntur. tardius autem robura et quercus.



## ¶ Ca. cccxcvij.

Rotabea vel rodaba. Serapion libro aggre. cap. Rodaba. quando est humida et recens dicitur Alfasfasa. quando est sicca dicitur akes. et est species leguminis sic nominata. Et idez auctoritate Dyascoridis. Primo quãdo nascitur est similis andachuche. que nascitur in pratis. sed quando est completa habet folia subtiliora que folia ipsius et habet ramos similes ramis andachuche et sunt ei semina in magnitudine lẽtis tortuosa sicut cornua Aliquando desiccat et administratur cum alijs rebus. et prepat cum sale. Et idem auctoritate Galieni Sapor huius grani est stipticus sicut sapor lentis. Et virtus eius est calida caliditate temperata. et exsiccatio eius est amplior exsiccatione lentis. et comedit sicut lens.

## Operationes.

A Serapiō auctoritate Ysaac benarā Alfarfasa id est rotobea nascit͛ sup aquas 7 non siccatur in estate neq̃ hyeme. 7 iō do nominatur humida. Et quod de ea ad ministratur est semen eius 7 folia 7 est ca. 7 hu. 7 est in eo inflatio. B Et ideo auget sperma. 7 incitat coitum. 7 augz iuuamentum medicinarum que faciunt ad hoc: C Et semen eius ingreditur in pluribus confectionibus fortibus: D Et quando fit emplastrum cum folijs eius confert membris que indigent sedatōne doloris eoꝝ: 7 est cōueniēs cibo aīaliū.



## Ca. ccc xcviij.

Rosa latine: grece rodon. Arabice bard. Serap̄. li. aggre. cap̄: bard auct. Gal. viij: sim. far. cap̄: de rosa. Substantia eius est composita ex substantia aquosa calida cum duabus alijs qualitatibus permixta stiptica scz 7 amara. cuius stipticitas est in quantitate tali quia corpora habentia virtutem fluxam non possunt dissoluere virtutem eius. Et semen eius est magis stipticum q̃ rosa: Et idem rosa cum stipticitate que est i ea inest ei dulcedo 7 similitudo acuitatis vł mordicationis pauce: 7 conuenit apostematibus calidis in principio eoꝝ. 7 oportet q̃ recipiatur recens ex ea 7 abscindant͛ summitates eius valde cum forpicibus. 7 reseruentur pro medicaminibus oculorum: Sed oleum rosarū est in natura sua medium inter naturam rose 7 olei. 7 ē medicina cum qua curantur apostemata sanguinis in augmēto ipoꝝum. 7 in eo est virtus penetrandi ad profundum corporis 7 humectat corpora sicca: et cō quassatur cum aceto 7 inungitur caput cum eo. 7 cōuenit dolori capitis facto ex caliditate solis: 7 quando rose siccantur: oportet q̃ desiccentur in vmbra: 7 cōmoueant͛ assidue 7 aqua rosarum est frigidior complexiōe temperata. non tamen multum. 7 ipa quidem est subtilis multe subtilitatis. 7 signū in hoc est q̃ rosa desiccatur cito Ideo q2 ī ea nō est aliqua viscositas: quia odor eius vincit 7 propterea festinat 7 replet vias odoratus.

## Operationes.

A Serapion auctoritate dyascoridis Est enim rosa frigida desiccatiua: 7 ex ea est plus stiptica sicca q̃ recens: 7 succus rosarum quando coquitur cum vino conuenit dolori capitis 7 oculorum 7 auriū. et conuenit gingiuis. quando cum eo fit collutio: 7 coquuntur folia eius sine stipitibus 7 non exprimuntur: 7 fit emplastrū cum eis herisipile. 7 semen quod est in medio rosarum quando puluerizatur super gingiuas ad quas fluunt humores cōuenit multum. Sed caput rose quando bulierit in aqua 7 bibitur abscindit fluxum vētris 7 sputū sanguinis. B Et idē auct. hachaz aq̄ ro. pbibz fluxū ad oclin. 7 pueīt sincopi q̄n bibit͛ ex ea haust⁹ aliqs

Rosmarinus seu Arthos Capitulo c

¶ Et idem auctoritate Humay. Rosa fortificat membra intrinseca. Et stipticitas eius penetrat propter amaritudinem que est in ea. ¶ Et idem aucto. Abenmesuay. Odoratio rose conuenit colericis et habentibus calorem. et capitis dolorem a colera. Et prohibet fumositates colericas acutas. et conuenit dolori acuto; et mouet sternutationem habenti cerebrum cal. Et quando conficitur cum mellle aut cum zuccaro abstergit quod est in stomacho ex humoribus flegmaticis. ¶ Et idem auctoritate Rasis. Expertus est quidam ex amicis meis qui accepit ex folijs rosarum recentibus et zuccaro et fecerunt eum assellare decem vicibus; hoc facit succus eius verum sicca non est laxatiua. et hoc significatur ex eo quod virtus eius est amara que abstergit. Et quando rosa desiccatur fit stiptica. quia separatur ab ea amaritudo. Et siccitas quidem in rosa est pauca quia ipsa est composita ex stipticitate et amaritudine; Unde abscindit libidinem et laxat laxatione forti. ¶ Johannes mesue. capitulo de rosa. Rosa est ex medicinis benedictis in qua est virtus confortationem faciens et solutionem et male qualitatis permutationem. Et est ex ea rubea et alba et. et est de vtrisque est multorum foliorum et densorum et crispororum. et alia paucorum et planorum. et melior est rubea vere rubedinis paucorum foliorum et planorum. et ex albis est melior habens similiter Et melior succus est cuius mater est rosa completa sicca vero melior est in qua nondum cecidit complexio. Est frigida in primo gradu sicca in secundo. Diuersarum autem naturarum substantie composuerunt rosam inter quas potest cadere separatio distinguens. Componitur enim ex partibus terreis et aqueis mediocribus dantibus ei stipticitatem et substantiam Et ex partibus aereis propter quas est in ea de dulcedine aliquid et aromaticitas. Et ex partibus igneis subtilibus a quibus consistit perfectio et species dantibus ei amaritudinem. propter quod in abscisione amaritudinis ipsius que remouetur propter solam exsiccationem eius non resoluitur species. In abscisione rubedinis non est plus rosa quam homo mortuus amaritudo autem in ea que recens est plus est stipticitate ipsius. Et prima eius operatio est propter amaritudinem suam propter quod rosa recens et eius proprie succus soluit; Cum autem resoluit caliditas dans ei amaritudinem propter exsiccationem eius nominatur substantia eius stiptica faciens constipationem; Est autem succus eius calidus fere ad primum gradum. propter exclusionem eius a re terrestri et frigida. ¶ Johannes mesue; Est autem rosa solutiua existens extinctiua inflammationum. confortatiua membrorum. coadunatiua parcium et constrictiua. Et semen eius in hoc est forcius. et similiter pili eius qui sunt in medio ipsius. et sucus eius est resoluens. Et sicca quidem magis frigida et stiptica. et que non est completa frigidior et stipticior. et alba in frigiditate et stipticitate plus est quam rubea; non est in ea malicia; sed est ex debiliter soluentibus vigorat tamen operationem eius aqua casei. ¶ Si enim succi rosarum. ℥. j misceatur cum aqua casei et pauca spica est solutiuum conueniens; et similiter infusio. ℥. vj. foliorum rosarum in aqua casei cum pauco melle soluit sine molestia. Et syrupus factus ex succo eius est leuis solutionis. Et similiter ponitur oleum eius in emendatione medicinarum acutarum sicut est scamonea et similia. ¶ Rose autem condite cum melle abstergunt et mundificant et confortant. Et condite cum zuccaro minoris sunt abstersionis et maioris confortationis et stipticitatis; et aqua earum que fit per infusionem mundificat et confortat abstergit et resoluit. ¶ Ea que fit per sublimationem est multe confortationis. neque est resolutiua propter resolutionem subtilis caliditatis eius in decoctione ipsius; per albas vero non fit solutio aliquid de quo sit curandum. et in eis de stipticitate plus quam in rubeis; neque sunt similes eis in confortatione.

z cito q rose non substinent decoctione aliquid omnino z proprie recentes solui tur enim ab eis virtus: sigillans abstersi onem eius z solutionem. z declaratur vir tus eius stiptica faciens constrictionem. Succus vero eius substinet decoctionez aliquid mediocriter. z acquirit ei subtili tatem z bonitatem abstersionis: A Oleum quoqz factum ex rosa, nōdum cō pletis est maioris infrigidatōnis z stipti citatis. cuius melius fundamentū est ole um oliuarum mediorum in maturitate: aut sisaminum. M Acetum autem infusionis eius est medicina bona omni um inflammationum z est diuisiuum so lutione confortatiuum: M Succus eius ex aqua infusionis rcentium comple tarum solutione educit coleram. mundifi cat sanguinem ab ea z venas z articlos. D Et conuenit yctericie: z aperit opi lationes epatis z stomachi. z mundificat z confortat ea. z confortat cor. z conuenit tremori eius. et educit materiam causan tem eam z febribus colericis. Rosa vero z oleum eius z aqua ipsius facta per sub limationem confortat cor stomachum z epar: z coadunat partes laxas membroz z confortat retentionem. z sedat dolores calidos mira sedatione: z extinguit ac p mutat malicias inflāmationum. perimit z sedat eas. Et sunt ex medicinis facienti bus dormire. faciūt tamen corizam z ster nutationem: z obsunt catarris. z stringūt guttur z confortant ea. z auferunt crapu las: Dosis potio succi rosarum est ab. ℨ: j. vsqz ad. ij: cum zuccaro. Et potio syrupi facti ex succo earū est ab: ℨ. ij: vsqz ad. v: P Auicenna libro de viribus cordis dicit q confortat cor. M Palladius libro tercō in mense februario rosaria cō serēda sunt. que sulco breuissimo. aut scro bibus ponenda sunt. vel virgultis vel eti am semine. Semina autem rosaz non pu temus medios flosculos esse aurei coloris quos rose ferunt. sed baccis nutriunt. qs in breuissimi piri ad similitudinē plenas seminibus suis post vindemiam reddūt. maturas ex colore fusco z mollicie poteri mus estimare. Si qua etiam sunt antiqua rosaria hoc tempore circumfodiuntur. z sarculis vel dolabris ariditas vniuersa reciditur. Tunt que rara sunt. possunt du cta virgarum propagine reparari. Si ro sam ipius habere volueris duob' palmis ab ea girum fodies z aqua calida bis ri gabis in die R Idem Rosa frigida est in primo gradu. sicca in secundo: Et viridis z sicca competit vsui medicine. Quidam colligunt eam post maturitatē sed non tam diu seruatur. Debēt autem colligi cum non habent folia omnino ex pansa. z tamen aliquantulum iam rubea Collecte autem ad solem aliquantulum desiccari possunt z per triennium seruari S Macer. Dici flos florum nobis ro sa iure videtur. Nō specicie cunctos pce dat odoreqz flores. Non tamen hec spe cie tantum nec odore iuuare. Nos valet hac varijs nos adiuuat illa fidelis Eius sicca gradu vis est z frigida pmo. zc.



## Ca.cccxcix.

Antera siue Antera. Paulus ca. antera: Antera est id quod in medio pius rose nascitur aurei coloris et a specie floris dicta est. Usui etiam medicine competunt.

### Operationes.

A Plinius: Capita rosarum pota ventrem et sanguinem sistunt. Item Ungues rose salubres epyforis sunt. Ulcera enim oculorum rosa pterquam inicijs sordescunt. Item antera dissintericis magnum psidium est




## Ca.cccc.

Rostrum porcinum. Pandecta. ca. ccccccx. Rostrum porcinum herba est longitudinis vnius digiti et eiusdem lateris pandens se sup terram amplectens eam cuius folia ex vtroque latere sunt incisa incisuris magnis. et in eius medio leuatur stipus paruus. in cuius stipite fit quedam lanugo rotunda sicut pila. sicut facit herba semision. que cum tangitur dissoluitur.

### Operationes.

A Confert opilatis. Rostrum communi herba est quam plures dicunt consolide speciem. Sed falso ymo est herba vtcumque pilosa habens quasi odorem boraginis. et virtutem consolidatiuam in virtute sicut precedens.



## Ca.ccccj.


Ruta latine et grece. Arabice vero radeb vel alselep. Sera: li. aggre. cap: radeb aucto. dyas. Radeb. i. ruta. Et est de ea domestica et silvestris. sed silvestris est magis ca. quam domestica et magis acuta. que escis est non bona. sed domestica et maxime illa que oritur circa arborem ficus. vel circa cucumeres est conueniens cibus. Et aliud genus rute silvestris que nascitur in macedonia et in Gallicia asye quam moliciues appellant. Et aliqui armolam eam vocant. frutex est vna radix virgas multas habens folia latiora plus

q̃ domestica sed mollia ⁊ odorem graue⁊ habentia ⁊ florem album ⁊ capita maiora q̃ domestica. ⁊ in tribus partibus diuisa: huius semen obrusum ⁊ trigonum gustu amarum est. Hec in antiquo tempore colligitur. Ysidorus libro ethimo. Ruta dicta est eo q̃ sit feruentissima. cuius altera agrestis atq̃ virtute acrior. sed vtraq̃ feruentissima comprobatur. hanc venenis repugnare mustele docent. que dum cum serpente dimicauerint cibo eius armant. Ysaac. Ruta siluestris calida ⁊ sicca in quarto gradu. domestica vero in tercio. q̃ melior est ad digerendum. quia virtutem h̃z incidendi. ⁊ grossos humores ⁊ viscosos extenuandi. Platearius. Est ruta domestica ⁊ siluestris que piganum dicitur. Huius folia ⁊ semina competunt vsui medicine. Uirtutem habent diureticam. dissoluendi ⁊ consumendi. Ypocras. Ruta calida est ⁊ sicca in tercio gradu. Palladius de agricultura li. quarto. Mense Marcio ruta seritur locis apricis. solius cineris inspersione contenta. loca desiderat altiora vnde humor eius elabitur. si ponas eius semina adhuc clausa folliculis sigillatim debebis manu afficere. si iam minuta sũt sparsa iactabis. et rastro obducta cooperies. Caules eius qui inclusis semibus nati fuerint fortiores erunt sed sero nascent. Ramula eius cum aliqua corticis parte conuulsi verno tempore ꝓ plantis tenebũt tota vero translata morietur. Non nulle ramulos eius pertuse fabe inserũt vel bulbo. atq̃ illa obruunt alieno vigore seruãdos Sub fici arboris vmbra libentius acq̃escit Nõ effodi herbas s̃z optat auelli In munde mulieris formidat attactũ. Pli. li. xix. Ruta serit̃ fauonio ⁊ ab autũni eq̃nocio. odit hiemẽ ⁊ humorẽ ac fimũ. apricis gaudz ac siccis. terraq̃ q̃ maxĩe lateritia. Cinere nutriri vult. hic ⁊ semini miscet̃ vt careat erucis.

## Operationes.

A Gal. vij. sim. far. ca. moli. i. ruta. quidam hmõi rutã siluestrẽ nõiant q̃dam ãt armolã. Uirtus ãt ei⁹ subtilis est. et cal. fin iiij. gradũ. vñ ⁊ incidit g̃ssos humores. ⁊ dyaforat. ⁊ ad vrinatõem ꝓuocat. B Et idem. viij. sim. far. ca. pigamũ. Pigamũ. i. ruta. Siluestris q̃dem ex q̃rto ẽ g̃du calefacientiũ ⁊ siccantiũ domestica vero ex iij. Est ãt non solũ acris gustu. s̃z etiã amara quo incidere ⁊ dyaforare h̃z g̃ssos ⁊ viscosos humores. ꝓpter eandẽ ãt v̓tutem et ꝑ vrinas euacuat q̃nimo ⁊ subtiliũ ꝑtium est ⁊ ventositatis destructiua. C Et idcirco ad sputatões ꝯuenit ⁊ animositates q̃ ad venerea ꝑtinent. ⁊ dyaforat ⁊ siccat moderate. est enĩ de fortiter desiccãtibus farmacis. Serap. aucto. dyas. Ruta est de rebus magis conferentibus inflationibus ⁊ ventositatibus. D Et ipsa extinguit libidinem coitus. Uñ domestica ⁊ siluestris sunt ambe calefactiue adustiue ꝓuocatiue vrine ⁊ menstruoꝝ. et q̃ñ comeditur ruta aut bibit̃ stringit ventrẽ ⁊ q̃ñ sumit̃ in potu ex semĩe. cuiuscũq̃ quãtitas vnius calus cum vĩo est medicamen conferens multum medicis mortiferis. E Et q̃ñ ꝯmedunt̃ folia ei⁹ sola aut cũ ficubus siccis ⁊ nucibus. auferũt nocumẽta medicinaꝝ mortiferaꝝ. F Et est vltima medicina ꝯtra maliciaz venenoꝝ q̃ñ administrat̃ sicut diximus (⁊ ꝑsertim contra pestilentiã) Et q̃ñ ꝯmedit̃ ⁊ bibit̃ ruta s̃pa abscindit sperma. et q̃ñ coquit̃ cũ aneto sicco ⁊ sumit̃ sedat torsiones. et q̃ñ administrat̃ in hunc modum confert dolori lateris. ⁊ dolori pectoris. ⁊ asmati. et tussi. ⁊ apostemati pulmonis. ⁊ sciatice. ⁊ dolori iuncturaꝝ ⁊ rigoribus. G Et q̃ñ coquit̃ in oleo ⁊ ponit̃ ĩ cristeribus cõfert inflationi matricis. et inflationibus intestinoꝝ. ⁊ doloribus recti intestini. Et q̃ñ teritur ⁊ conficit̃ cum melle ⁊ linit̃ sup̃ collum matricis confert dolori eius et suffocationi matricis. H Et q̃ñ coquitur in oleo ⁊ bibit̃ occidit et expellit lũbricos. ⁊ cõficitur cum melle. ⁊ fit emplastrũ dolori iuncturaꝝ. ⁊ dolori ⁊ cõcussione. et fit emplastrum cum ea ⁊ ficubus ydropisi carnose. I Et quando coquit̃ cum vino vsq̃ ad consumptõnem medietatis vini ⁊ bibitur. ꝯfert speciei humide ydro

pisis. ꝛ quādo comeditur sola siue est aut sallita acuit visum. Et qñ fit emplastrum cum ea cum sauich sup ocl'm sedat dolorē eius. K Et qñ terit ꝛ miscet cū aceto ꝛ oleo rosaꝝ ꝛ fit linitio cum eo. sedat do lorem capitis. ꝛ qñ intromittit in narib⁹ ipa aut succus eius abscindit fluxum san guinis ab eis. L Et qñ admiscet cū nitro ꝛ fricatur inde morsea alba ꝯfert eā et qñ fit emplastrum cum ea cum melle et albumine super empetiginem confert ei M Et qñ succus rute calefit in cortice granati ꝛ distillat in aurem cōfert dolori eius ꝛ miscetur cum succo feniculi ꝛ melle ꝛ fit collirium cū eo: ꝛ confert dolori visus N Et qñ miscet cum aceto ꝛ oleo rosa rum. ꝛ conficit cum cerusa. ꝛ fit linimentū cum ea cōfert h erisipile ꝛ formice. et vlce ribus capitis humidis. ꝛ ruta qñ mastica tur pust ꝯmestionez cepaꝝ ꝛ allioꝝ aufert fetorem illoꝝ. O Serap. Rutam ve nenis resistere mustele docent que quādo cum serpentibus dimicature sunt cibo ei⁹ armant. Docuit etiam rex ponticus qui cum fratris sui timerz insidias. rute folia cum duabus nucibus: et totidem caricis admixto sale ieiunus acceperat. et secure cum eo agebat. Agrestis si sumat nimis de ipa occidit. P Et qñ ipa colligit maxime cum ceperit apparere flos: si car nem tetigerit. vlcerat ꝛ facit inflare cum pruritu. quare oportet qui vult eam colli gere. ꝙ vngat manus et faciem cum oleo rosaꝝ. ꝛ extimauerunt quidam ꝙ si succus eius aspergat sup pullos gallinaꝝ nō co medit eos miluus. ꝛ putant quidam ꝙ il la que nascit in macedonia ꝓpe fluuiū q̄ dr̄ archimonū qñ comedit occidit: et loca in quibus nascitur sunt loca serpentū ple na. Q Bȝ semen eius qñ bibit ꝯfert doloribus intrinsecis. ꝛ ipm ingredit in ꝯfectionibus medicinaꝝ ꝛ ē iuuatiuū R Et idem aucto. Ruffi. Ruta domestica ē medicina maxīa iuuatiua intestinis. inte rioribus. ꝛ confert visui. ꝛ gūmi ei⁹ est ca. in fine tercij g: sic: in: iij. Curat vlcera ocu li qñ pulverizat sup ea. ꝛ ꝯfert scroful' que fiunt in gutture ꝛ sub ascellis.



## Ca. cccc ij.

Rubus. Pandecta ca. d c. lxj. sulac arabice: grece batus. Latine ro bus. Et sulac est q̄dam egritudo vt dicit pli. Sera. li. aggre. ca. sulac siue suleit aucto. Gal: i: rubus oībus est notus folia eius ꝛ summitates recentes sunt cō posita in substantia sua ex substantia ter rea frigida. ꝛ aquea tepida. et sapor eius est stipticus. ꝛ virtus eius infrigidat ꝛ de siccat. ꝛ secunda conglutinat.

## Operationes.

A Gal. vj. sim. far' ca. batus fm trāsla tionem grecā: Batus. i. rubus. folia q̄dē ꝛ cime necnon flos ꝛ fructus stiptica par ticipant qualitate manifeste. In hoc tam ad inuicem differunt. Nam folia quidez ꝛ ꝑsertim mollia ꝛ noua plurimū ꝑticipā tia aquositate modicum sunt stiptica fm eam rationem. ꝛ summitates: Unde ma sticata curant alcola ꝛ cetera que in ore vl cera sanāt. ꝛ alia vulnera solidare potest:

Est eñ eoꝝ cõplexio ex terrestri ⁊ frigida
substantia ⁊ aquosa tepida. Fructus vero
qñ fit maturus ꝑticeps est moderate cali
ditatis, saporis cum sit vt ostendimꝰ dul
cis quare ꝓpter hoc necnon ꝓpter mode
ratam stipticitatem ꝯmestibilis nõ ē mo
lestus. Immaturꝰ autẽ a frigida terrestri
supatur substantia: ⁊ ideo stipticus est et
siccatiuus fortiter ⁊ vtercꝫ desiccat: et re
ponitur desiccatiuior exñs recente, sed et
flos eiusdẽ est virtutis cũ fructu ad dissin
terias ventris quocꝫ fluxus necnõ ad spu
tum sanguinis idoneum farmacũ Radix
autẽ cum eo ꝙ stipticat ⁊ non pauca subti
lium ꝑtium sba ꝑticipat: q̃obrem ⁊ lapi
des q̄ sunt in renibus frangit. B ¶ Et
Sera. auct. dyas. Uirtus eius est q̄ curat
alcola ⁊ vlcera oris qñ masticat̃ ⁊ curat a
lia vulnera. C ¶ Et decoctio eiꝰ tingit
capillos. sed sapor eius fructus est dulcis
⁊ est humidus ⁊ calidus. ⁊ immaturus est
frigidus terreus ⁊ sapor eius ponticꝰ ⁊ de
siccat desiccatione forti. sꝫ floris eius est si
cut virtus fructus. D ¶ Et cõfert vlce
ribus intestinoꝝ ⁊ fluxui ventris ⁊ debili
tati itestinoꝝ ⁊ ani. sꝫ radicis eiꝰ est substã
tia subtilis ⁊ sapor eius est stipticꝰ. ⁊ ideo
frangit lapidem renum: ⁊ qñ fit emplastꝝ
cum folijs eius. curat vlcera hũida capi
tis E ¶ Sed rubus canis qui grece dr̃
Cinosbatus nocet decoctio eius fructus
canne pulmonis. ⁊ stringit fluxũ menstru
orum. Et radix eius est calidior ipso de q̄
si fiat emplastrum extrahit spinas et alia
infixa corpori. F ¶ Et qñ fit emplastꝝ
cum folijs suis recentibus prohibet apo
stemata. G ¶ Et idem auct: Gal. Fru
ctus huius plãte est stipticus stipticitate
forti: ⁊ folia eius hñt stipticitatem paucã
⁊ oportet ꝙ caueat̃ ab eo quod ĩtra fructũ
est simile bombicino: quia nocet multum
canne pulmonis. hanc speciem inuenies
si leges Cinosbatum. ⁊ est caplm: c xxvj.
supra dec. H ¶ Dyascorides capitlo
batus est omnibus notus. Uirtus est illi
stiptica ⁊ serãtica: elixatura eius capillos
inficit. Uentrem abstinet. Fluxũ matricis
mulierum stringit. Morsibus venenatis
occurrit. Tutas gingiuas a putredĩe ser
uat. Tumores oris compescit. maxime si
folia eius cũ aceto masticata fuerint Her
petes mundant acoras capitis purgant.
Tumores oculorum ⁊ cõdilomata soluit
Emorroidibus subuenit supposita. Sto
machis imposita medicatur. Cardiacis
opitulatur. I ¶ Succus huius herbe
⁊ hastarum sole siccatus omnia facere no
uit. Succus eius seminis maturi omĩbus
causis oris vtiliter adhibetur. Uentrem
abstinet comestus. Sed non maturꝰ flos
eius cum vino bibitus ciliacis et dissinte
ricis prodest. Flos eius albus ⁊ ẽ canicu
lari ortu vigens Ipse quocꝫ potui datus
cum vino humoris fluorem cohibet.
K ¶ Illinitus cum melle oculorum lippi
tudinem medetur atcꝫ igni aceto Huius
ergo folia ⁊ flores ⁊ mora leuiter stringũt
vnde ad vuulam ⁊ fauces proprie viden
tur facere: quamuis omne profluuum ido
nee stringant ē L ¶ Folia eius et cime
masticata alcola ⁊ alia vlcera curant ĩ ore
Et plagas glutinant. mora eius matura
habent in se mediocriter calorem Imma
tura vero sunt frigida. ⁊ terrestrem ɔ̃tinẽt
in se substantiam. Unde nimis desiccant
M ¶ Item Puluis ex eo factus sicut ẽ de
flore eius plus desiccat recentioribus fa
cit namcꝫ ad dissintericos. ⁊ ad omne reu
ma ventris. ⁊ ad defectionem. sanguinez
expuẽtibus. Hic puluis datus vtilissimũ
medicamen. N ¶ Radix autem eius
stiptica ⁊ leptomeris est. ⁊ ideo nefreticis
data lapides rumpit. O ¶ Species
bati sunt due Una cõmunis que dicta est
que omnibus nota est. Altera que appel
latur ydea siue cinosbatus que est rubosi
tatis maioris supradicta: Et est virtutis
consticiue: Eius namcꝫ mollia germina
siue tyrsi contusa ⁊ expressa succum dimit
tunt. q̄ sub sole relictus coquit̃ vscꝫ ad gro
ssiciem mellis. ⁊ datur ad ea que supra
P ¶ Succus eius cum vino ⁊ melle supra
positus superioribus prodest. Mora cũ
vino sumpta sapientiam nutrit vt ab an

riquis dicitur. leges eam mense Junij et Julij cū melle, 7 pane contrita apostēata mirifice rūpit. 7 vlcera frauduleīta curat.




## Ca. ccccij.

Rubea tinctorū: Ysidorus. Rubea dicitur eo q rubra sit radix ei⁹: vnde 7 lanas colorare perhibetur. Dyascorides. Rubea quam alij eritrodanum. latini vero rubeam dicunt. Herba est omnibus nota: Species eius due sūt Una videlicet agrestis. Alia vero que vocatur sarchos ramulos siue tirsos habēs tenues 7 quasi nodosos folia per interual la distantia: ac per singulas connodationes veluti stellarum imaginem mittentia Fructus vel semen eius rotundum viride 7 hinc rubrum aut circa maturitatem nigrum. Radicem habet paruam tenuem pusillam rubicundam: Plinius capitulo erithron. Erithron quam alij eritrodanū vocant. nos vero rubeam qua tinguntur lane 7 pelles 7 cetera. Grecus vero eritrodanum dicit: Nam erithros rubeus cochinus feniceus rubicundus. exponitur de rubea 7 cetera: Pandecta capitulo: cclxviij. Eritrodanum vel eutradoron l' erithron vel eritrodanon grece. Arabice fane vel eita. Latine vero rubea tinctorū Ubi sciendum q Dyascorides capitulo de rubea dicit q rubea siue vt alij erithrodanum dicunt. 7 est de rubea domestica: Aliud capitulum inuenitur apud Dyascoridem quod sic habet eritrodanum dicunt 7 est rubea agrestis. Item secundū veritatem eritrodanum in alia translatione dyascoridis. Aut tetron vocant plurimi: Radix est illi inficiens. Duo sunt eius genera. Unum agreste. Aliud seminatum sicut rauene ytalie fuit locis cultis seminatum. Nam 7 in vijs sponte nascit Haste sunt illi quadre 7 longe 7 aspere sicut a parine, sed fortiores 7 longiores. folia habentes intra nodos ipsos. folia habet sicut astrum id est stella in giro posita semen eius rotundum est in primo viride 7 postea rufum: 7 cum maturauerit nigrescit: Et radix eius longa tenuis 7 rufa. 7c: Sed secundum translationem aliam dyascoridis. Rubea siue vt alij eritrodanū herba est omnibus nota. Serapion libro aggregatoris capitulo fane: auctoritate dyascordis: Fane siue faue id est rubea tinctorum. quedam ex ea nascitur. et quedam ex ea seminatur: 7 habet ramos quadratos longos grossos similes ramis herbe que dicitur abarum nisi quia sunt maiora eis 7 duriores. super ipsos sunt folia diuisa adinuicē egredientia iuxta nodos et in similitudine stellarum. et fructus est rotūdus cuius color in principio sue apparitōnis ē viridis. postea vo rube⁹ 7 qn maturᵃ ē fit niger. 7 qd de ipa administrat sunt vene ipi⁹. 7 ipe sunt subtiles lōge 7 rubee.

Gal. vj. sim. far. cap. eritrodanũ. Eritrodanum est rubea tinctoꝝ radix acerba et amara secundum gustum. Unde ⁊ quod dictum est de alijs adinuicem sibi hmõi virtutes conuenientes in hac radice conspicis. Paulus cap. de rubea. ca. est ⁊ sic. in. ij. gradu. Auenrois libro Colliget ca. de rubea. Rubea ca. est ⁊ sic. in. iij. gradu.


## ¶ Operationes.

A ¶ Dyasco. Eritrodanum virtutem hꝫ mictualem cum aceto illinita albis maculis medetur. Usus etiam eius ad ea proficit ad que cetera diuretica ꝓficere dicimꝰ Sed agrestis virtus est secundũ dyascoridem mictualis diuretica. vñ vrinaꝫ ⁊ mẽstrua ꝓuocat. B ¶ Gal. Eritrodanum splenem ⁊ epar expurgat ⁊ vrinas grossas et multas. Est autem qñqꝫ ⁊ sanguinolẽtas euacuans. qñqꝫ etiam ꝓuocat menstrua: ⁊ abstergit mediocriter quecunqꝫ abstersione egent: morfeis quoqꝫ albis cũ aceto peruncta confert. quidam autem ꝓpinãt eas sciaticis necnon paraliticis cum mellicrato C ¶ Auicenna. Rubea tinctoꝝ est pontici saporis et abstergit cum equalitate. ponitur cum aceto sup̃ empetiginẽ ⁊ sanat eam. similiter ⁊ morfeam albam. ab omni vestigio mũdificat cutem. Bibita cum mellicrato confert sciatice ⁊ paralisi. D ¶ Valꝫ etiam ꝑcussioni ⁊ casui succus eius cum oximelle daẽ ad apostẽa splenis ⁊ mundificat epar ⁊ splenem. Eorumqꝫ opilatões aperit: ⁊ in hoc ei ꝓprietas existit aceti. vehementer ꝓuocat vrinam. vt quandoqꝫ faciat mingere sanguinem. Et oportet qui eam biberit. qꝫ die balneetur E ¶ Supposita mẽstrua prouocat. ⁊ extrahit fetũ. Eiusqꝫ stipites cum folijs conferunt morsui vermium venenosorum. F ¶ Platearius. Rubea tinctorum. calida est ⁊ sicca in secũdo gradu. Uirtutem habet confortatiuam ex aliquantula sua ponticitate ⁊ diureticam ex amaritudine. Contra debilitatem stomachi ⁊ epatis et relaxationem: datur vinũ decoctionis eius. Radix eius rasa supponitur ad menstrua prouocanda: ⁊ fetum mortuum educendum Aqua decoctõnis eius si caput inde abluaẽ capillos r̃ddit rubeos. G ¶ Constantinus vbi supra Rubea est in fine primi gradus calida et sicca. habet quoddã amaritudinis ⁊ põticitatis vnde splen ⁊ epar mundificat. et eius opilationem aperit vrinã ⁊ mẽstrua prouocat. Omniaqꝫ membra corporis a putredine mundificat: ⁊ morfeam curat: Adhibetur quoqꝫ cum melle et aqua calida propter ylij dolorem: H ¶ Plinius libro. xix. Rubea tingendis lanis ⁊ corijs est necessaria. Laudatissima est ytalica ⁊ maxime suburbana prouenit sponte. In medicina morbum regium sanat. Et vrinam ciet ex aq̃ mulsa Folia quoqꝫ capillũ inficiunt. Apud quosdam inuenio regiũ morbum. Hoc frutice sanari. etiam si adalligatus spectetur tm̃.



## Ca.cccciiij.

Saulie



Saluia Latine. Arabice: gelisfagos. grece. elissagus. Sera.li.aggre.ca. gelissagos aucto. dyas. Gelissagos.i.saluia et e arbustum longum hns plures ramos et lignum eius et folia similia folijs citoniorum nisi quia sunt longiora et strictiora et rugosa pauca rugositate sicut e rugositas panni postquam abluitur antequam extendatur et reponatur: et color eius declinat ad albedinem et habet odorem bonum et habet in summitatibus ramorum semen simile semini herbe siluestris que dicitur ormen: Nascitur autem in locis asperis. Dyas. cap. elissagus siue elilissagus secundum translationem nostram: Elissagus.i.saluia. Frutex eius est oblonga et multas hns virgas quadras et albas et folia similia malicidonijs sed oblonga minora et aspera et albidiora et odorata subrugosa. semen super virgas est simile omnino agresti. Nascitur locis asperis. Plinius cap. elissagus herba est ex albida: Hasta est ei vasta et quadra: folia aliquatenus aspera. Potest enim acriter restringere: Gal.vj.sim.far.cap. elissagus Complexio huius herbe est calida caliditate manifesta et sufficienti et parum stiptica.

## Operationes.

A Plinius. Herba ipsa facit ad dissintericos: et succus foliorum eius capillos generat. et vrinam prouocat: B Sera. Decoctio foliorum et ramorum ipsius quando bibitur prouocat vrinam et menstrua. et expellit fetum. et confert morsui venenoso strigonis marini. et denigrat capillos. et confert apostematibus. et abscindit fluxum sanguinis. et mundificat vlcera fraudulenta. et cum decoctione ramulorum et foliorum ipsius fit ablutio. Et sedat pruritum genitalium virorum et mulierum. C Dyas. Virtus eius est diuretica: Menstruis imperat: Aborsum facit. Percussum strigonis marini mitigat. Capillos nigrescit. Est etiam termatica. et sanguinem fluentem ex vulneribus stringit. Sordida vulnera purgat. D Elixatura foliorum et virgarum ipsius pruriginem nature compescit: Est etiam virtutis redarguentis cum acrimonia. Unde ad dissinteriam atque muliebrem fluxum (quem greci rigeon vocant) facit succus foliorum eius: Capillos denigrat et vrinam prouocat. E Paulus. Vinum decoctionis eius confert paraliticis bibitum et cathaplasmatum super partem paraliticantem: F Et dicunt magi de Saluia quod ipsa putrefacta sub fimo generatur auis quedam habens caudam serpentinam et albam merule similis De cuius cinere si ponatur in lampade apparet quod domus sit plena serpentibus. G Ex herbario. Saluia habet folia longa et angusta sub aspera odore suaui et graui. In locis asperis nascitur: Decoctio eius potata vrinam et menstrua mouet. Pastinacem marine si quem percusserint virus excludit Sanguinis eruptionem sistit H Platearius. Saluia calida est in primo. sicca in secundo. solum folia competunt vsui medicine et viridia. et sicca domestica magis consumit et confortat: Siluestris autem magis dyaforetica. Vinum decoctionis saluie valet paraliticis. et epilenticis fomentatio ex aqua decoctionis eius valet contra stranguiriam et dissinteriam: Matricem mundificat: I Plinius libro.xxij. Herbam nostri qui nunc sunt herbarij elelisphacon grece. latini vocant saluiam mente similem canam odoratamque. hac apposita partus emortuos extrahunt Itemque vermes aurium et vlcerum: K Idem in libro.xxvj. Herba quea quibusdam appellatur saluia similis verbasco. Conteritur ea et colata calefit. et sic ad tussim laterisque dolores bibitur: Eademque contra scorpiones atque dracones marios efficax est. Contra serpentes etiam ex oleo perungi ea prodest. Ysopi fasciculus cum

quadrante mellis decoquitur ad tussim. ℭ Macer. Saluia cui nomē elysifacos est apud grecos. Cum mulsa iecoris prodest potata querelis: Pellit abortum. lociūq3 menstrua purgat. Trita venenatos curat sup addita morsus Crudis vulneribus q multo sanguine manant. Appōas tritam dicunt retinere cruorem Cum vino succus tepidus si sumitur huius. Compescit tussim veterem laterisq3 dolorē. Pruritus vulue curat virgeq3 virilis. Si foueas vino fuerit quo saluia cocta. Illius succo crines nigrescere dicūt: Si sint hoc vncti cerebro sub sole calenti.



ℭ Ca. cccc v.

Salix. Isidorus libro ethimologiarum: Salix dicta est eo q saliat id ē crescat. Arbor lenta: vitibus vinciendis abilis. Ambrosius. Salices videtur nihil habere seminis. habēt tamē granum quoddaz in folijs quo terris ꝯmisso tanq̄ semie posito surgat arbor de surclo et tanq̄ seipam exsuscitet de semine suo. Glosa super Isaiā. xliiij. Salix est arbor infructuosa. sed cito crescit maxime si iuxta aquam sit. Aristoteles in li. de plantis Quedam in humido loco. quedā ī arido ⁊ quedam in vtroq3 vt salix. Idem libro de animalibus q̄dam arbores non fructificant sicut viri pingues non multū spermatizāt. talis est salix ⁊ romana nux. Idē li. xvj. In aquosis tm̄ proueniunt salices ⁊ alni. longaq3 folia sunt vtriq3: inter primas germinant Circūagunt salicis folia post solsticiū. nec alio argumento intelligitur certius sidus ꝑfectum. Ocissime vero salix amittit semen anq̄ maturitatem senciat omino. et ob id frugipda dcā est ab Homero. Sequēs vo etas scelere suo hanc sniam interpretata est q semen salicis mulieris sterilitatis medicamentū est Sed in hoc quoq3 nascenti natura prouidit q depacto surculo incuriosus semē dedit. Vna tm̄ ꝑditur id maturitatem ꝑferre solita in insula chreta. Pandecta cap. cc j. Culef ara. grece ytre latie vo salix.

## ℭ Operationes.

A ℭ Serap. li. aggre. cap. culef. i. salix. folia ⁊ flos ⁊ rosa eius habent in sapore pōticitatem. et virtus salicis est desiccatiua sine punctione. Cortex vero ipsius siccioris est complexionis: sicut sunt omēs spēs corticis. B ℭ Unde administratur in glutinatione vlcerum Sz flos ⁊ rosa eius administranť ⁊ admiscentur in omnibus medicinis et vnguentis desiccatiuis. Et sunt ex hominibus qui accipiunt flores ⁊ rosam ⁊ succū ipius: et componunt ex eis desiccatiuam medicinam que confert in multis quia desiccat sine mordicatione ⁊ ꝓprie quia in ipa est stipticitas pauca. C ℭ Et quādo comburunť eius cortices ⁊ ꝯficiuntur cum aceto administrantur in omnibus egritudinibus in quibus necessaria est desiccatio. sicut in verrucis ⁊ ꝓpe in rotundis ⁊ in verrucis similibus capitibus clauorum. ⁊ in verrucis infixis in cute eradicat enim eas quando super eas fit linitio. D ℭ Et quando euellitur cortex eius tempore quo emanant flores ⁊ colli

gitur gummi eius; Habz hoc gummi virtutem abstersiuam & subtiliatiuam. & ideo administratur in omnibus egritudinibus que accidunt pupille. & faciunt impedimentum visus. E ¶ Et idem aucto. pauli. Virtus foliorum & corticum & fructus salicis & succi eius est stiptica. Et est fri. & sic: complexionis in. j. gradu. F ¶ Et idez auctoritate Medigar. Quando bibuntur folia eius trita cum pipere & vino pauco conferunt colicis. et quando sumitur cum aqua prohibet impregnationem: & fructus eius confert sputo sanguinis quando bibitur & cortex eius tritus cum oleo rosarum. si bulierint in cortice Granati conferunt dolori aurium G ¶ Et eius decoctio administrata super pedes podagricorum confert eis multum: & mundificat furfures capitis. & colligitur humiditas ab ea defluens quando excoriatur a cortice suo quando incipit apparere flos eius. quoniam reperitur intra corticem humiditas congregata que abstergit oculum. & aufert tenebrositatem eius Proprietas salicis eius que extrahit sanguisugas adherentes gutturi. & glutinat vulnera recentia. H ¶ Et idem auctoritate Aben mesuay: Folia salicis bibita prohibent impregnationem & conferunt fluxui sanguinis. et lac quod egreditur ex eis acuit visum: & abradit pilos: I ¶ Et idem auctoritate Pauli. In folijs salicis & salice non dixit Galie: aliud. K ¶ Galienus. vij. sim. far. ca. ytre. Ytre siue salix vtetur quidem aliquis & folijs ad sanguinolentorum vulnerum consolidationem: sed maxime flore eius fere omnes vtuntur medici ad confectionem siccatiui emplastri. Est enim vis eorum suauis siccatiua. habet autem & quiddaz stipticitatis: L ¶ Quidam vero & succum facientes ex eis immordax & siccatiuum habet farmacum ad multa vtile. nihil enim magis occurrit visui quam farmacum immordacius siccans parum sed stipticans sicut in tractatu de compositione farmacorum plenius dicetur M ¶ Cortex etiam huius arboris similis est tam frondium quam florum virtuti. preterquam quod est siccior secundum complexionem sed hunc quidam accendunt. & vtuntur cinere in omnibus his que violenter indigent desiccari sicut sigilles & ebiles id est mirmiceas. auferunt ipsa defacientes aceto acri. quidam vero tempore florendi incidentes corticem. liquorem quidem colligunt & eo vtuntur in obfuscantibus pupillis. cum sit farmacum abstersiuum simul & subtiliatiuum cumque sit huiusmodi poterit eo vti & ad alia multa. N ¶ Palladius li. iij. In mense Februario plante salicis obruende sunt. et omnium generum que applicantur arbusto. O ¶ Dyascorides Salix est arbor cuius folia glutinant vulnera cruenta. flos etiam eius sine mordicatione desiccatiuus est. Cuius cinis cum aceto super callos pedum inductus eos tollit. Et similiter verrucas emundat. Flos eius cum aqua bibitus omnem calorem libidinis frigescere facit: P ¶ Auicenna. Salicis folia stiptica sunt sine mordicatione: & est in eis exsiccatio sufficiens. Cinis autez eius vehementis est exiccationis. Emplastrum ex eo factum retinet fluxum sanguinis. Q ¶ Constantinus: Salices fri. sunt in secundo gradu. sic. in primo. Valent dolori capitis de calore si in naribus mittatur Succus eius vulnera solidat. Cortex eius vstus & cum aceto temperatus verrucas & poros aufert. Sed lac corticis a salicibus florem habentibus eruti. visum clarificat defectos confortat oculos. Succus frondium & pomorum potatus mulieri vt concipiat non permittit.



## Ca.cccc vj.

Sambucus. Pādecta: cap̄. ccclxxix Sciendum ꝙ actis est sambucus kameactis dr̄ ebulus ⁊ sunt plāte omnibus note: Unde versus: Sambucus est actis sed ebulus est kameactis. Sera: li. aggre. ca. kameacti Kamcacti due sunt species quaꝝ vna grece dr̄ actis, in latino sambucus: et secunda nominat̄ in greco kameactis ⁊ eius est intentio terren⁹ actis ⁊ in latino dr̄ ebulus: de qua lege capitu lum. clxv. sup̄ de e. Plinius. Sambuci due sunt species: earum vna assimilat̄ ar boribus hn̄tibus ramos sil'es cānis rotū dis: quoꝝ color est ad albedinē ⁊ sunt lon ga: ⁊ sunt in eis quatuor folia aut quinqꝫ porrecta super ramos quoslibet ⁊ similia folijs nucis minora tamen eis hn̄tia gra uem odorem: ⁊ in summitatibus ramorū sunt flores albi. ⁊ grana similia granis vi ridibus vel lētisci: quoꝝ color declinat ad purpureitatem cū nigredine. ⁊ sunt velut in racemis: ⁊ hn̄t multā hūiditatem habē tem odorem lini. ⁊ ista dr̄ actis. Alia vo species q̄ dr̄ kameactis est minor prima habet ramos magis ꝑtinētes herbe qua dratos in quibus sunt multi nodi. ⁊ folia inuicem distātia ⁊ singulis nodis similia folijs amigdalis in summitatibus suis. nisi quia habent venas. ⁊ sunt lōgiora eis hn̄tia grauem odorem. ⁊ in summitatib⁹ ramoꝝ sunt capitella similia coronis sup̄ dicte speciei. ⁊ semen ⁊ flos similiter. ⁊ hꝫ ramos longos grossitudinē digiti habē tes. Ysidorus li. ethimologiaꝝ. Sābucus est arbor mollis ⁊ parua.

## Operationes.

A Pli. li. xvj. Sambuci habent acinos nigros: ⁊ paruos humoris lenti. Inficien do maxime capillo: qui et ipsi in aq̄ deco cti mandunt̄ B Idem li. xv. Arboꝝ quarundam fructus pediculis depēdent vt piri. Alia vo racemis vt edere atꝫ sam buci: C Idem in li. xvj. Sambucus germinat inter primas. ⁊ nudat̄ interno uissimas: ⁊ ex his que hieme aqla ex orien te concipiūt ordine nature florent prime siluestriū sambucus. cui medulla est pluri ma ⁊ coruus cui nulla Sambucus ē arbor diuidua nec ramosa lētissima: et ideo scu tis faciendis aptissima. cuius nimiꝝ pla ga se ꝑtinus cōtrahit. suūqꝫ vulnus clau dit. ⁊ ob id contumacius ferꝝ transmittit Sambuci atqꝫ rubi. generis sunt fungosi aliter tamen q̄ ferule. q̄ppe plus ligni atꝫ succi est vtriqꝫ sambuco ex q̄ magis cano ram buccinam. tubāqꝫ credit pastor. Ibi cese: vbi gallorum cantum non exaudiat frutex ille. D Idem li. xvij. Inuentū est surcl'os abscisos serere: quod sepis cau sa factum est Sābucis ⁊ cotoneo rubisqꝫ depactis: ad palum vinearū firmissima est sambucus. taleisqꝫ seritur vt populus: E Auicenna. Sambucus alba calidi or est q̄ citrina ⁊ q̄ purpurea. Et est vni uersaliter in tercio calida ⁊ sicca: Est autē subtiliatiua humiditatum Dentibusqꝫ cō fert eius oleum: Delet autem pannum et facit rubedinem eius odoramentum.

 de herbis

F ¶ Oleum eius confert senibus. et frigidis nervorum egritudinibus: Odor eius facit soda. Cum hoc tamen resoluit sodam frigidam a flegmata odorata. Benique purum eius oleum fluere facit sanguinem ex naribus calefactum cum ipm odorat.
G ¶ Constantinus: Sambuci ca: sunt in ij. sicci in pmo. dissolutiui ac nervorum mollitiui sunt stomachum quoque molliut. vomitum puocant. et cathaplasmati mamillarum apostemata sanant. Sambuceolum quoque scabiem ac pustulas et apostemata narium sanat. vulnera clausa aperit. euersaque ad suam naturam conuertit. Aurium dolorem placat. bibitumque lumbricos et ascarides flegmaticos excludit ac melancolicos humores purgat H ¶ Plinius libro. xxiiij. Sambucus habet alterum genus magis siluestre. qd greci chameacte: alij hellon vocat multo breuius. vtriusque foliorum vel seminis vel radicis decoctu in vino veteri et ad cyathos binos potu. stomacho inutile est aluo detrahens aquas.
I ¶ Refrigerat etiam inflamatoem maxime rcetis ambusti: Et canis morsum cu polenta mollissimis foliorum illitis: Succus cerebri collectiones lenit infusus: Acini eius infirmiores quam relique capillu tingut
K ¶ Poti acetabuli mensura vrinam mouent: Ad omnia efficatior est quam minor. Radix eius decocta ac pota idropicos exinaniunt. Folia in vino pota serpentu ictibus resistunt. L ¶ Podagricis cu sepo hircino vehemeter psunt cauliculi illiti. ij dē in aqua macerantur. vt sparsi pulices ne centur. M ¶ Foliorum decocto si locus spargatur musce necantur. N ¶ Boa appellatur morbus papularum cum rubent corpa. sambuci ramo verberatur. Cortex interior tritus ex vino albo potus aluu soluit.



Jesmin

## ¶ Ca. cccc vij.

S Ambacus. Pandecta ca: ccclxxvj. Jesemin arabice et ambach. grece lencoya: latine sambacus. Serap. li. aggre. cap. iesemin Jesemin id est sambacus et est planta habens album florem et quedam citrinum et est minus. cal: et sic. quam album. et similiter est minus in opatoe sua et citrinus reperitur in babilonia: Est etiam species alia ex eo cuius flos celestis est coloris. Et idem auctoritate Abē Mesuay: Est ca. in principio tercij gradus. Galienus. vj. sim. far. cap. de Jesemino secundum translationem grecam. Ambach herbe quam iesemin vocant semen maxime vtile est calefactiue et desiccatiue nec non subtilium partium virtutis est. Est autem gustantibus subamarum et acre et palā. qm diureticu est et dyaforeticu erit āt i calefaciēdo et siccādo tercij g. intensi

Etiam hoc dicit in .vj. huius et subdit in vij. lencoya: i. ieseminum tota quidez frutex abstersiue et subtilium partiū virtutis magis autem pticipant ea flores. et horū sicciores magis viridibus. Auicēna ponit tres species. s. albam citrinā et purpuream. Et est alius sambacus agrestis de quo supra.

## Operationes.

A Serapion: Folia eius humida non sicca qñ ponūtur sup empetiginem et pānum expellunt eos et resoluūt omnem sup fluitatem. B Et conuenit hñtibus catarum et inducit dolorem capitis illis qui sunt calide complexionis. C Et oleum eiūs est iuuatiuū in hieme. et si hñs calidā cōplexionem odoret nimium de ipo timendum est ne faciat fluxum sanguinis ex naribus eius. D Et idem aucto. Abenmesuay. Confert humiditatibus et flegmati salso. et senibus fri. cōplexionis et cōfert doloribus q fiūt ex flegmate viscoso.


## Ca. cccc viij.

Sandix. Plinius li. xxv. Sandix est herba quedā de qua panni tingūtur in blaueum colorem.

## Operationes.

A Idem pli. li. tricesimo quinto. Sandaraca si torreat equa pte rubrica admixta. sandicem facit. Quā q̄ aīaduerto virgilium estimasse id herbam esse. vsu illo. Sponte sua sandix pascētes vesceret agnos. B Idē in li. xxij. Sādix in oleē siluestri a grecis ponit sicut opio et Erasistratus tradūt. C Decocta vō aluū sistit et semie singult cōfesti ex aceto sedat Illinit ābustis vrinā cit. Succ decocte pdest stō. Jocineri renib ac vesice. D Hec ē q aristophanes euripedi poete iocularīter obicit eius mrem ne ol qdē legitimū vēditasse sz sandicē. E Dyasco: Sandix vel scādix calefacit et desiccat fortiter ac dyaforeticum est et ob hoc merito viscerum purgatiuum est.





## Ca.ccccix.

Samsucus. Dyas. Samsucus a siculis nominatur amaracus. & e ramosa multas habens virgas sup terram expansas cum folijs paruis atq rotundis nepite similibus ac velut hircis & acerrimis:

## Operationes.

A Herba tota est valde amara vires habens acres atq calefactorias. ad omnem duriciem vel rigorem valde idonea Medetur etiam cataplasmata siue pota ta a scorpione vexatis vel difficultati mictus. vel intestinorum tormento laborantibus B Eius elixatura medet idropicis. Urinam prouocat & tortionibus e vtilis: Succus addito melle liuores detergit. Scorpionum iccus cum aceto & sale compescit laxationibus bene adhibet. Cerotis vtiliter additur C Omnes tumores corporis et oculorum spargit cathaplasmata et maxime cum polenta imposita. Item apposita solite purgatoem materie prouocat in feminis bene quoq malaginatibus miscetur & acopis. D Samsucum est in iij. calidum & siccu. Dolorem capitis & emigraneaz de flegmate & colera nigra curat: si ex eius apozimate caput lauetur aut naribus applicet: Dissoluit opilationem & ventositate gssam. E Eius apozima bibitum ydropisim stranguiriam ventris dolorez habentib fit bonum. F Cum melle cathaplasmatum nigredinem in palpebris amputat & cum aceto morsum scorpionis curat G Pessarizatum vero mestrua prouocat: lapidem aufert. Epilenticis couenit et paraliticis. Auribus instillatum dolorem placat & sonitum.



## Ca.cccc.x.

Saliunca. Dyas. Saliunca est gen herbe que radiculas & folia habet subrufa floresq plurimos a terra refossa in modu stipular pstringit Nascitur aute in lapidibus summis & norica regione. Illa vo optia est q est odorifera recens & sine sabulone plurimosq ramulos & radices hns. ptg eadem q & spica quis deformior sit:

## Operationes.

A Plinius. libro. xxj. Saliuca Odoramentor multa nihil attinet ad coronamenta vt yris atq saliunca. quanq vtraq nobilissimi sit odoris. B Saliuca quidem foliosa: sed breuis est. & q necti no possit. radici numerose coheret: herba verius est q flos veluti manui pressa: breuiterq sui generis cespes. hac panonia gignit & norica alpiuq apca vrbiu eporedia tate suauitatis vt metallu ee cepit. vestib eai terponi gratissimu est. Huius radix in vino decocta vomitones sistit. stomachuq corroborat. C Ex sinonomis: Saliunca intelligut qda in medicis p acula sz i aurea alexadria rcipit p ca spica celtica




## Ca.cccc.xj.

Sauina. Pandecta. ca. viij. Abbel arabice, grece brachi. latine sauia. Sauina est arbor cuius folia sunt similia folijs tamarisci. 7 magis spinosa habens bonum odorem. 7 arbor ista cres cit magis in latum q̄ in longum. Est cal. 7 sicce complexionis in tercio gradu. Se rapion libro aggre. cap. Abbel. i. sauina Et sunt eius due species. Una cuius folia sunt similia folijs Cipressi. 7 magis sunt spinosa q̄ alia. Habens bonum odorem 7 arbor huius est fortis. 7 crescit magis ī amplum q̄ in longum Et fructus eius est sicut zaror. Pro quo lege capittulum. ccix Juniperus. Et quidam vtuntur folijs ei⁹ pro fumigio. Sed alterius speciei folia sunt similia folijs tamarisci. 7 sapor ei⁹ est sicut sapor cipressi. hec latine vocat̄ saui na. cuius substantia est subtilis. et in odo re eius est aromaticitas. et calefacit et de siccat in. iij. gradu. Auicenna. li. ij. cap. lo abbel. Abbel est fructus arboris similis Junipero factus sicut zaror. sed tamē ve hementer est niger boni odoris. et acuti saporis. 7 ista arbor est prima species sa uine. 7 posita p Serapionē. Gal. vj. sim. far. ca. de sauina. Brachi siue sauina de siccantibus fortiter est s̄m tres sapores. quos in gustando monstrat. equaliter cy presso. nisi inquantum acrior est eo. et vt vtiq3 dicat quis magis aromatica. huius ergo 7 ipius qualitatis p̄ticeps est videli cet acris. stiptica cōplexione calida. Ad huc autem in amaritudine 7 stipticitate debilius est q̄ cipressus. quantum em̄ su perat cipressum acredine tanto diminui tur in stipticitate quo patz q̄ calidius est cipresso. 7 ideo magis dyaforeticum. igi tur solidare quidem nam p̄pter stipticita tis robur 7 caliditatis. intantum em̄ am bobus his participat. vt iam tensiuum 7 inflatiuum existat. putrefactionibus vo confert sicut cipressus. ponatur autē hoc farmacum in tercia abstantia s̄m calefa cere 7 siccare ens inter ea. que maxime sūt subtilium partium.

## Operationes.

A Gal. Contra tenasmonē de frigida causa. Fiat decoctio eius in aceto et vino 7 fumum paciens recipiat. Herba ipsa naribus cathaplasmata valet cōtra frigi dum reuma. Ponit̄ etiam in vnguētis be ne trita contra scabiem saniosam. Uinū decoctionis eius valet contra dolorē sto machi 7 intestinoꝝ. 7 contra stranguiriā 7 dissuriam. sed cathaplasmata valz con tra dolorem yliacum. Est etiam dyafore ticum 7 diureticum fomētum ex aqua de coctionis eius vel vino. Est em̄ sauina ex spēbus iuniperi. vt apparet in ca. Junipe rus. Sera. aucto Gal. Uirtus eius est q̄ dissoluit 7 abstergit putredinem vlcerum putridoꝝ maloꝝ corrodētiū antiq̄ꝝ 7 ipa similiter mūdificat vlcera melācolica sor dida. qn̄ ponit̄ cū melle. 7 aufert herisipi lā. 7 p̄pter cāz sue subtilitatis p̄uocat mē strua pl⁹ oīa alia medicia. 7 facit mīgē san guinē. 7 īficit fetū viuentē. 7 expellit mor tuū. 7 īgredit̄ in vugētis odoriferis 7 poni tur p amōio l' cināomo duplū pōderis ei⁹

Et idem auctoritate dyascoridis. Folia ambarum specierum prohibent dilatationem vlcerum corrodētium. ꝛ sedāt apostemata corrosiua. Et quando fit emplm̄ cum eis aufert liuorem cutis. ꝛ sordiciem eius q̄ accidit ꝓpter suꝑfluitates corpoꝝ ꝛ aufert escaram ignis. et qn̄ bibitur facit exire sanguinem cum vrina. ꝛ expellit fetū ꝛ quando ex ea fit uascale facit hoc. Et ingreditur in confectionibus vnguentorū calidorum.



Ca. cccc. xij.

Sandalum. Sandal arabice. Grece ꝛ latine sandalum. Serapion li. aggre. caplo sandal. i. sandalū defertur ex syria ꝛ est album ꝛ ruffum ꝛ citrinum. Et fri. in. iij. sic. in. ij. ꝛ melius ex sandalo est citrinum pingue. post citrinū rubeum ꝛ est magis siccū citrino. ꝛ post ip̄m album. Et idem auct. Albugerig. Albū ē fri. ꝛ sic. in. iij. gradu. Sz citrinum ꝛ rubeum sunt fri. in. iij. ꝛ sic. in. ij.

Operationes.

A Serap. aucto. Aben mesuay. Confert dolori stomachi ꝛ epatis ex colera rubeum est frigidius albo ꝛ citrino. ꝛ est magis iuuatiuum. Nam ip̄m ꝓhibet fluxum humorum ad membra. ꝛ est sicut saufel in frigiditate ꝛ siccitate. ꝛ fortificat gingiuas ꝛ stomachum. B Et idem auctoritate Aben mesuay. Cōfert cardiace cum fe. qn̄ linit̄ cu eis super cor. C Et idem aucto. Ysaac benaram. Cōueniunt calefactis. ꝛ conferunt debilitati stōachi ꝛ cardiace que accidit a colera quādo terunt̄. ꝛ miscent̄ cum aqua ro. ꝛ applicātur exterius. ꝛ quando cōficiunt̄ cum aq̄ rosaꝝ et pauca camphora et liniunt̄ inde timpora confert sode q̄ fit a caliditate. D Et quando miscetur cum vna quantitate sandali albi media quātitas sarcocollo. ꝛ conficitur cum albumīe oui et ponitur suꝑ timpora. ꝛ confert sode colerice Et ꝓhibet descensum catarri ad oculum. ꝛ linitur cum eo in balneo. ꝛ ꝓhibet ardorem psilotri. ꝛ sandalum rubeum est frigidius albo. E Et quando miscet̄ cū succo solatri aut semꝑviue aut portulace aut lenticula aque confert Podagre calide ꝛ apostematibus. et ꝓhibet humores ab illis membris. ꝛ melius ex sandalo est citrinum pingue. et post citrinum rubeū ꝛ est magis siccum citrino postea album. F Et idem aucto. Albugerig. Album est frigidum in. iij. gradu. terit̄ ꝛ resoluit̄ cum aqua ro. ꝛ in catarris cal. ponit̄ i frōte ꝛ in stomachis calidis. ꝛ infrigidat ea. ꝛ ꝯfert fe. ca. ꝛ hirsen. ꝛ stomachi debilitati. sed citrini ꝛ rubei sunt fri. in. iij. gradu sic. in. ij. non hn̄tes stipticitatem neq3 pōticitatem rosaꝝ. ꝛ qn̄ dissoluunt̄ in aq̄ ro. ꝛ ponunt̄ suꝑ stomachum ꝯferunt fe. acutis ꝛ debilitati stomachi ꝛ sode q̄ fit a caliditate. G Et idem auct. Atabari. Rubeum est frigidius albo. et liniunt̄ cū eo apostemata calida.



# Ca.cccc xiij.

Satirion. Pādecta.ca.cl. Chasialkel arabice. Grece orchis vel afrodisia vel priapismon: latine vo testiculus vulpis vel satirion vel leporina. Serap. li. aggre. cap. Chasialkel siue casialtheb: i. satirion. Sūt eius duo genera Unū hʒ radicem seu testicłos albos. 7 vocatur chasialkel. Primū genus satirionis vocat̄ testicul⁹ canis. 7 grece kinosertbis 7 est ei planta q̄ hʒ folia extensa sup terrā ꝑpe ipāʒ 7 ortus est ex radice vnius stipitis. 7 folia eius sunt similia folijs oliue. nisi quia sunt subtiliora eis et longiora sup terram extensa. 7 longitudo eius est fere ī longitudine vnius palmi. 7 florem hʒ coloris purpurei. radix eius est similis radici bulbi: nisi quia est tendens ad longitudinem 7 subtilitatem. Et est duplex sicut sunt due oliue in figura: Una inferius et alia superius. 7 vna plena 7 alia vacua rugosa: 7 cōmedit̄ radix ei⁹ elixata sicut bulbus: 7 iste dr̄ satirion. q̄ oēs cōiter vtuntur 7 subdit. Secundum vero genus satirionis habet duas species. Una est q̄ vocatur arabice chasialbabel siue casialthalep. i. testiculus vulpis. 7 vocat̄ similiter catharich 7 nominat̄ hoc in greco trifolium quia plurimū q̄d de eo nascit̄ est hn̄s tria folia declinantia versus terrā. et similantur folijs acetose maioris: aut folij lilij nisi quia sunt minora eis. 7 in testicło suo est rubedo declinans rubedini sanguinis 7 habet stipitem subtilem longitudīe vnius brachij: 7 habet florem similē floribus lilij albi in figura. et radix eius assimilat̄ cepe bulbi in figura: 7 est in magnitudīe mali exterius rubei coloris interius albi. sicut ouū. 7 q̄d de ipa administrat̄ ē radix

## Operationes.

A Galienus. viij. sim. far. cap. de testiculo canis ſm translatōem arabicam. Radix eius est dulcis. 7 virtus eius est cal. et hu. nisi q2 in humiditate eius est inflatio superflua: 7 incitat libidinem: B Ibidem ſm translatōem grecam: Satirion vel trifoliū humide est 7 calide complexionis. quo circa 7 gustancibus ipsum videtur dulce 7 ventosam humiditatem possidere: 7 ꝓpterea ꝓuocat ad venerea: Hoc āt 7 radix huius herbe efficere nata est. ut quidam scribunt etiam epistotonū sanat cum vino nigro austero bibitum. C Et idem secundum translationē arabicam de testiculo canis. Radix eius est duplex similis radici bulbi. Una plena 7 sapor illius radicis que est plena. ē dulcis multe humiditatis 7 sup̄fluitatis inflatiue que quando bibitur incitat libidinem Et alia mollior siue vacua que habet cōplexionem que declinat ad caliditatem 7 siccitatem: Et est in ea humiditas digesta digestione completa. 7 ideo contingit q̄ cum hoc q̄ non incitat coitum facit cōtrarium 7 abscindit eū. et iste ambe radices ꝯmedunt̄ assate sicut ꝯmedit̄ radix bulbi

B ¶ Dyas. cap̄. orchis s̄m translatōnem nostram. Orchis. i. satirion dr̄ de radice eius q̄ si vir comedit partem maiorē eius generat masculos: et si minorem cōmedit generat feminā. et q̄ mulieres partiū Ytalie dant tritam cum lacte capra[rum] ad incitandum libidinem. et quelibet ip̄a[rum] hab[et] operatōnem cōtrariam alterius quando bibitur. nascit[ur] in locis petrosis et arenosis E ¶ Et idem aucto. Archisalie. alia est species quam nōiant quidam sandachias propter suum iuuamentum magnum et est herba habens folia similia folijs porrorum nisi quia sunt latiora et est humiditas in ea que adheret manui habēs hastam longam circa longitudinem vnius palmi. et hab[et] florem purpureum et radicem similem testiculis F ¶ Gal. viij sim. far. cap̄. orchis q̄ et serapicidā vocāt s̄m translatōem grecam. in sapore istius speciei supple vltime dicte auctoritate archisalie et stipticitas. et virtus eius est sicci or virtute radicis que dicta est prius: et propter hoc non ita confert in coitu sicut predicta et desiccatur et est adhuc siccior. Uirtus etiam eius est etiam que resoluit apostemata inflata qn̄ ponitur sup ea: et mundificat exituras sordidas: G ¶ Et curat herisipilam. et quando est sicca curat apostemata fraudulenta putrida. et quia in ip̄a est stipticitas retinet ventrem quādo bibit[ur]. H ¶ Dyas. Quando de ista specie fit emplastrum ipsis testiculis r̄sol uit apostemata flegmatica co[rum]. et mūdificat vlcera et formicam. et aperit emorroydas. Et qn̄ fit emplast[rum] cū ea sedat ap̄ata calida. et si administrat[ur] sicca p̄hibet dilatatōem vlcerum. et abscindit putredinem co[rum]. et curat vlcera fraudulenta q̄ sunt in ore I ¶ Sed sciendū q̄ satirion est ca. et hu. in p̄mo. Sed est alia species satirionis q̄ vocat[ur] herba basilica grece. arab. digiti citrini vel buzeiden. latine vo palma cristi cuius folia sunt similia prime speciei satirionis. sed graciliora cum nigris pūctis. radix eius brance manus vel palme manus h[abet] similitudinē floris crocei cum vino vel aqua tritum croceatum efficitur K ¶ Oribasius cap̄. de palma cristi. Uenenis resistit. quam qui habuerit a maleficijs: et venenis securus erit. L ¶ Aui. li. ij. ca. digiti citrini. eius figura est sicut vola manus cōmixta ex citrinitate et albedine: et est dura in qua est parum dulcedinis et ex ea est citrina cum p̄ua alteratōne atq[ue] albedine: est cal. et sic. in. ij. resoluit superfluitates g̃ssas valde. M ¶ Et ē ei ꝓꝑetas valde mūdificādi cutim: et cōfert mēbris neruosis. et impedimentis suis. et ꝓfert manie ꝑpe: et loco eius in iuuamēto manie ponit[ur] quantū est medietas eius ex bedcragsen cū duabus tercijs de sep.




# ¶ Ca. cccc. xiiij.

Saturegia latine. Grece Tymbra: Arabice. sabanc: Serapion libro aggre. cap̄. Sabanc aucto. dyas. Sabanc siue sabater est planta omnibus nota nascitur in locis saxosis et asperis: et est similis thimo. nisi quia folia eius sunt maiora et molliora. et habet spicam plenā

floribus quorum color vergit ad citrinitatem ⁊ viriditatem. Et virtus eius est sicut virtus thimi. ⁊ administratur sicut thimus ⁊ est ca. ⁊ sic. in. iij. gradu. ⁊ ponitur in cibis Et quedam ex eis sumitur in ortis. et est debilioris operationis quam alia. ⁊ ipsa est magis conueniens in cibis quam acuitas eius est magis remissa.

## Operationes.

A Serapion. Uirtus timbre est calefactiua multum ⁊ desiccatiua et resolutiua. ⁊ prouocat vrinam ⁊ menstrua. ⁊ expellit fetum. ⁊ facit excreare superfluitates a pectore B Et idem auctoritate Abenmesuay. Saturegia est ca. ⁊ sic. in. iij. gradu. ⁊ magis agrestis. Et proprietas eius est quod expellit superfluitates que sunt in stomacho. ⁊ prouocat menstrua. ⁊ acuit visum debilitatum ab humiditate. ⁊ ideo comeditur in hoc casu cum rafano ⁊ bederaos. ⁊ confert dolori sciatice. quando fit emplastrum cum ea cum frumento trito. et agrestis fortior est domestica C Ysidorus libro ethimologiarum. Saturegia est herba calida ⁊ proprie ignita. vnde ⁊ illi nomen inditum credunt. eo quod in venerem pronos faciat. D Palladius li. iij. In februario mense saturegia seritur solo pingui vel stercorato ⁊ apico. vel melius mari proximo ⁊ cepulis mixta seminatur E Dyascorides. Satura vel saturegia calefacit ⁊ nimis desiccat. ⁊ manifeste extenuat. ideo quod vrinam ⁊ menstrua mouet. ac fetus extrahit potui data viscera purgat. A torace atque pulmone humorem purgat ⁊ per os sputa pellit. Urinam quidem mouet ex vino potata. F Stomachum quoque nauseantem confirmat in ouo sumpta vel potata. ⁊ contra ea que ictibus aculeatis sentiunt animalia. G Pla. Saturegia est ca. ⁊ sic. ⁊ pultes ex farina ⁊ aqua ⁊ eius puluere mundificant spiritualia. Puluis eiusdem comestus ad idem valet H Macer. Timbra solet grece dici saturegia latine. Illa sicca nimis. vis est ⁊ feruida valde. Prouocat vrinam mouet quoque menstrua sumpta. Pellit abortiuum muliebria viscera purgat. Illius puluis cum cocto melle subactus. ⁊c.



## Ca. cccc. xv.

Saponaria. Pandecta. cap. c viij. Borich vel ozatis grece. Arabice agisdo. latine saponaria vel herba fullonum. ⁊ est saponaria de qua parruculos faciunt. quos herbaticos vocant. ⁊ siccant eos. ⁊ pro sapone vtuntur. Iheremias Si laueris te nitro ⁊ multiplicaueris tibi herbam borich maculata es iniquitate tua. Pli. ca. de borich. Borich est herba satis nota que satis congruit ad abstergendum pannos. et ideo ipsa multum fullones vtuntur.

## Operationes.

A Pli. Ex folijs eius factum cathaplasma vulnera magna glutinat. ⁊ cruorem illorum sistit. ⁊ reprimit tumores. que trita cum melle purgat vulnera sordida. ⁊ mundat maculas. B Et mixta cum albumine oui subuenit igni sacro.



## Ca.ccccxvj.

Saphatum. Auicenna. Saphatū est arbor arabica ⁊ armena. Et est vnum de lacticinijs. Calida est in tercio gradu. ⁊ eius siccitas in quarto. in ipsa est stipticitas temperata. Sentix dicta est a situ eo ꝙ est terra inculta in q̄ sentites spineqꝫ nascuntur. Maiores autem nostri om̄em arborem spinosam dicebāt veprem. eo ꝙ vi prendeat. Hieronimus sup Ysaiam. Setha est genus arboris nascentis in heremo: spīe albe similitudinē habens Cuius lignum imputribl'e ⁊ leuissimū oim̄ lignoꝝ tam in fortitudine q̄ in nitore. soliditatem et pulchritudinem superat. Unde omnia ligna arche et tabernaculi facta sunt instrumento. Haymo ibidem Ex hac arbore terra in qua nascit̄ dicta est setim. vnde dicunt̄ ligna sethim Ex libro de natura reꝝ: Setim est arbor oriētis nobilissima albe sil'e spīe. ꝫ multo maior ⁊ altior crescit. Lignum eius albū ⁊ leue. non facile cedens igni nec vnq̄ bumore aliq̄ l' ātiquitate corruptibile qđ adhuc pꝫ i archa noe q̄ ē sup mōtes armēie.

### Operationes.

A Auicenna. Saphatū stipticitatem habet tpatam: ⁊ cōfert emperigini linia.
B Sup alcola q̄ꝫ cū melle linit̄ ⁊ remouetur. ventrem soluit. ⁊ debilitat viscera. ⁊ est quedam spēs eius interficiens sedentem in eius vmbra.
C Caueat̄ ḡ ab ea Nam ⁊ lactis eius tres species. ⁊ interficit in duabus epar ⁊ pulmonē frāgēdo.
D Notandum ꝙ in isto caplo habes tres plantas de quibus audiuisti. scilicet saphatū sentix ⁊ seta. vt apparet i figura.



Scabiose off pylenkraut

## Ca.ccccxvij.

Scabiosa lati. gre. stibes siue stibeos

### Operationes.

A Syas. ca. stibes: herba ē c⁹ semē stiptice ē ṽtutis. ⁊ siccatīe satis. ⁊ idcirco ei⁹ decoctō dissintericis inicit̄ et de aurib⁹ pus emanans sanat instillata et in magnis vulneribus ⁊ cruentis glutinatoria est

vtilius id agens si cum vino nigro et au
stero ⁊ stiptico coquatur. desiccat em̄ for
titer omnia que ꝯtra naturam sunt hūida
B ¶ Folia aūt eius viridia trita ⁊ catha
plasmatibus apposita in ano emorroidas
reprimunt. ⁊ ex ꝑcussione in oculis sinky
sim factam supposita iuuant. C ¶ Itē
folia eius adhibita suffusiones oculis de
tergunt. Sanguinem vulneribus imposi
ta siccant. D ¶ Paulus cap̄. de scabio
sa. Scabiosa ca. est ⁊ sic. in. ij. gradu. Ua
let cōtra scabiem ⁊ alopitiam. Et succus
eius lūbricos necat. Fumus vini decocti
onis eius valet contra emorroidas. ¶ E
Contra condilomata que atricia dicunt
fiat emplastruz desuꝑ ex ip̄a herba. fumo
tamen prius recepto. F ¶ Dicit q̄ san
ctus Urbanus ad petitōem cuiusdam so
roris sue anhelantis suꝑ scabiose v̄tutes
q̄m ip̄e ꝑtinue vtebat. misit sibi infra scri
ptos versus. Urban⁹ ꝑ se nescit ꝑciū sca
biose Nā purgat pect⁹ q̄d ꝯp̄mit eḡ sene
ctus. Lēit pulmonē. purgat lateꝝ r̄gionē
Apostema frangit. si locum bibita tāgit
Tribus vncta foris. antracē liberat horis



## ¶ Ca. cccc. xviij.

Scalongia grece. latine Ceputia.

## Operationes.

A ¶ Gal. ij. de cibis. cap. de scalongijs.
Sunt scalongie ex genere bulbi. cōmedit
em̄ ipsorum radix sine folijs. habet autem
in seip̄a amaram et austeram v̄tutem no
tabiliter ꝑ quam stomachū resolutum ex
citat aliqualiter. appetitui non contraria
tur. neq̄ expuere aliquid indigentibus ex
pectore ⁊ pulmone. ⁊ quidem substantiā
corporis grossiorem ⁊ viscosiorem habēs  Ceputea
amaritudo eius contra agit grossiciei. sic
care viscosa ⁊ grossa apta nata. sicut ī his
que de medicinis dcā sunt. propter quod
si bis decocte fuerint nutritiue sūt magis
contrariatur autem iam expuere indigen
tibus tanq̄ vtiq̄ deposito toto amaro.
B ¶ Comedere autem ip̄as melius tunc
cum aceto simul ⁊ oleo ⁊ garo. Etem̄ dele
ctabiliores sunt ⁊ minus inflatiue et ma
gis nutritiue subtiliores ad digerendum
Abundantes autem secundum esum ip̄o
rum quidam manifeste senserunt. ⁊ sp̄ma
plus habentes promptiores facti ad ve
nerea. preparant autem ⁊ hos homies mul
tiformiter. Non enim solum elixos ꝑ aq̄
sed ⁊ vasa ex ip̄is valde preparata cōpo
nunt. post frixuramq̄ alij offerūt. Multi
autem assantes super lar multam decocti
onem non substinent. C ¶ Contēti sūt
autem valde modica aut neq̄ omnino ꝑ
decoquunt gaudentes ip̄oꝝ amaro et au
stero sapore saluato. prouocat enim ip̄os
magis ad esum. D ¶ Sed inflatōem
⁊ tortionem inferunt non digesti. Ex his
quidem itaq̄ qui sic comedunt non boni
chimi alimentum fit. E ¶ Ex his autē
qui amplius decoquuntur aut bis. vt di
ctum est. grossior quidem chimus. melior
autem quantum ad digestionem et nutri
tiuus fit. Calefaciunt autem manifeste. ⁊
aliq̄d aromatizās insinuāt ⁊ vrinatiē sūt.



## Ca.ccccxix.

SCamonea latine. Grece diagridion. arabice scamonia. Serapion. li. aggre. cap̄. scamonea auctoritate Dyas. Scamonea est planta habens ramos multos egredientes ab vna radice longitudinis quatuor brachiorum super quos est viscositas adherens manui. ⁊ parum borre. et habet folia similiter pilosa et similia folijs plante lebleb. i. volubilis agrestis. aut folijs cussus. i. edere. nisi quia sunt molliora folijs cussus. ⁊ habent tres angulos. ⁊ habent flores albos rotūdos concauos similes in figura sua cartal id ē tube habens grauem odorem. ⁊ radicem habet grossam sicut pollex. albā grauis odoris plenam lacte. Et colligitur scd̄m hunc modum. Nam vulneratur virga et radix eius. ⁊ fiūt fouee iuxta vulnus et humiditas manans a vulnere in foueis illis que postea colligitur in cocleis. Quidam vero fodiunt circa radicem ⁊ sternūt ibi folia tunc ⁊ vulnerata radice q̄d de humiditate egreditur super subiecta folia colligunt. postea sic dimittunt. donec illa humiditas desiccata fuerit quam reponunt ⁊ melior ex illa humiditate que est scamonea est que est clara leuis similis in corpe suo glutino quod fit ex corijs boum. hn̄s gibbositatem. ⁊ est spongiosa ⁊ est illa q̄ defertur ex locis mysie. ⁊ ex terris asye est huiusmodi. Et ille qui vult eligere scamoneam ⁊ colligere ip̄am. oportet q̄ non sit ptent⁹ vt p̄ albescat autē albescat q̄n̄ tāgitur cum lingua. quia idem cōtingit q̄n̄ ip̄a est adulterata cum lacte titimalli. Uerumtamen discernitur q̄n̄ nō est admixtū eo q̄ non adurit nec mordicat linguā ad ustione ⁊ mordicatione forti. Nam hoc accidit quādo est sibi mixtum lac titimalli. Et deterior specierum scamonee est illa que deferē ex seni. ⁊ ex palestina. q̄ iste species ambe sunt male adulterate cum titimalli lacte ⁊ cum farina ordei. Et est calida ⁊ sicca in. iij. gradu.

### Operationes.

A Serap̄. Sunt autē qui accipiunt ex radice plante scamonee ⁊ coquunt eam ⁊ dant elixaturam in potu ⁊ purgat. ⁊ assumitur radix plante scamonee ⁊ coquitur illa cum aceto ⁊ teritur contritione forti. ⁊ conflatur cum farina ordei ⁊ fit emplm iuuatiuum sciatice B Et quando lana inuoluitur ī succo radicis eius ⁊ subijcitur pregnanti facit aborsum ⁊ quādo miscetur cum melle ⁊ oleo ⁊ liniunē cū ea exiture soluit eas. ⁊ quando coquitur cum aceto et linitur scabies vlcerata excoriat eam. Et quando miscetur cum oleo rosato ⁊ linitur caput cum ea confert sode antique. C Et idem auctoritate Galieni. Calida est ⁊ sicca in tercio gradu. Et ē calidior pipere. Et idem auctoritate pauli. Scamonea abstergit cutim ⁊ meliorat colorem ⁊ mundificat baras. ⁊ aufert dolorem capitis antiquū. q̄n̄ administratur cū oleo ro. ⁊ aceto et infundit̄ sup̄ caput.


⁊ melior ex ea est vergens ad colorem celestem quando frangitur. ⁊ est in fricatione sua sicut coclea fracta. Et illa que colligitur in montibus kem est huiusmodi. et mala est cuius color vergit ad nigredinē ⁊ figura eius est rotunda. ⁊ alterius coloris ab illa. D ¶ Et modus rectificationis prime speciei que est bona est ꝙ accipiatur citonium ⁊ abscindatur de capite eius rotula: ⁊ fodiatur medium eius ⁊ intromittatur ibi scamonea: Deinde ponatur coopertorium quod fuit abscissum et firmetur. Demum involvatur super ipm pasta. ⁊ ponatur in furno non multū calido. ⁊ dimittatur donec desiccetur. ⁊ dosis eius ita preparate sit ab vno dauich vsqꝫ ad duos E ¶ Et scias ꝙ scamōea non mutatur neqꝫ minuitur. acuitas eius circa spacium .xxx. vsqꝫ ad .xl. annos nisi illa que est prepata sicut diximus. Nam illa que est prepata quādo transierit lōgum tempus super ipsam amittit virtutem suam. ⁊ propter hoc oportet ꝙ prepares eā qn̄ volueris eam administrare: ⁊ quando sumitur scamonea plus ab ea quantitate ꝙ̄ diximus fortasse inducit anxietatem ⁊ lāguorem ⁊ sudorem frigidum ⁊ sincopim ⁊ fluxum donec moritur. Et dosis ei⁹ conueniens est a .vj. granis ordei vsqꝫ ad .xx: F ¶ Et de proprietate eius est ꝙ expellit coleram ⁊ humores viscosos ⁊ attrahit superfluitates malas a corpore: ⁊ multi ex his qui sunt calide complexionis postꝙ̄ susceperunt eam incurrunt febres acutas Et ab ea cauere hominibus melius est nisi magna necessitas incumbat: ⁊ tūc accipiat f̄m formam ⁊ quantitatem quam diximus G ¶ Et idem auctoritate abenmesuay. Laxat fortiter ventrem. et nocet stomacho ⁊ epati: ⁊ diminuit appetitum cibi. ⁊ inducit anxietatem ⁊ nauseam: Et rectificatio eius est ꝙ admiscet̄ ei anisum ⁊ daucus. ⁊ semen apij. ⁊ radix piperis: ⁊ admiscere cum olō amigdalino est bonū Et scamonea nō debet multum terere ad bereat stomacho vt noceat ei. ⁊ oportet ꝙ non bibatur simpliciter. et sumat̄ cum magna cautela. Et sit dosis eius ab vna kyrat vsqꝫ ad tres: H ¶ Johānes Mesue cap̄. de scamonea Scamonea est solutiuum magnum. Et dixit Democritus ꝙ est dissolutiuum antonomatice ⁊ ꝙ est genus solutiuoꝝ est generalius super om̄ia solutiua. Fit autem ex succo cuiusdā speciei volubilis. cuius folia sunt in modum sagitte alate. Nascitur autē in Anthiochia Armenia: ⁊ corasceni in partibus arabie ⁊ thurchie. ⁊ plurimū nascitur in terra nostra. ⁊ est mala: ⁊ credo ꝙ dispositio loci ⁊ modus culture. ⁊ ars in faciēdo auxiliat̄: vt sit bona vel mala. I ¶ Modi autē opationis eius sunt quatuor. Primus est vt accipiat̄ radix eius postꝙ̄ euellit̄ a terra. ⁊ fiant incisiones in eo q̄d apparet super terram ⁊ inuenit̄. q̄d egredit̄ post diē ⁊ est res sicut gummi. ⁊ dimittit̄ exiccari ⁊ conseruatur. Secundus est extirpantur post illud totaliter radices ⁊ inciduntur: ⁊ colligitur lac eoꝝ fluens. ⁊ decoquit̄ cū facilitate. ⁊ exiccatur soli. ⁊ fiunt inde forme ⁊ sigillantur. ⁊ huius scamonee color est subalbidus aut varius. Tercius est teruntur adhuc radices post illud ⁊ extrahitur succ⁹ ⁊ fit sicut dixim⁹ de decoctōne ⁊ alijs ⁊ sigillant alio sigillo. nunc autem fides sigilloꝝ perijt: Et hec scamonea est ḡssa nigra ⁊ ponderosa. Quartus est terūtur flores eius ⁊ stipites ⁊ extrahit̄ ab eis succus ⁊ fit silr̄. ⁊ hec est scamonea nig̃ attinens viriditati. ⁊ est grauis odoris.

K ¶ Electio Melior est anthiochēa. ⁊ armena est post hanc. Que vero fit in partibus nostris: ⁊ in corasceni est mala ,p̄sus Et melior adhuc est que est prime forme: ⁊ q̄ est secūde post primā: ⁊ alie sunt male ⁊ deterior viridis. Adhuc aūt qui laudauerunt scamoneam in quinqꝫ proprietatibus laudauerunt eam. Prima est vt sit in colore clara sicut gummi. ⁊ proprie species eius prima: aut subalbida: aut varia Scdā vt si tangat̄ confractū eius cū aq̄ l' saliua fiat sicut lac Tercia vt sit tenera ml'te facilitatis ad frangendum ⁊ puluerizādum. Quarta vt sit pōderis leuis. Quinta vt sit odoris proprij boni non grauis. Remota v̄o ab his ,p̄petatibus nō est bōa

L ¶ Conservatur autem per annos .xx. sed quanto antiquior tanto debilior. ¶ Ca lide complexionis est in tercio gradu. et est sicca in primo. Et est in ea de acuitate minus quam in planta sua. Et credo quod ars in faciendo ipsam frangit ex acuitate eius aliquid. et in ea est amaritudo. et ipsa qui dem est abstersiua incisiua. et resolutiua cum attractione multa. cuius attractio ex tenditur usque ad multum remota. ¶ M Rectificatio quatuor sunt ei familiaria que in in corpore magnitudinem nocumento rum imprimunt. Est enim in ea ventosi tas mordicatiua et faciens in stomacho subuersionem et nauseam et estuationem laboriosam. Secundum quid insunt ei ca liditas et acuitas habilis inflamari. et pro pter hoc facit cadere in fe. et sitim. et prope quando inuenitur pacientis preparatio Tercium quoniam fit per ipsam attractio vehe mens dilatatio orificiorum venarum. que facit cadere in immoderatum fluxum. quo niam est in eo serositas operans ad exco riationem viscerum. quare generat dolo res acutos pungitiuos. et facit cadere in dissinteriam et tenasmon. Quartum est pro prietas et operatio sua quibus fit impre ssio nocumenti in membra que sunt mine re virtutum sicut cor. epar stomachus. et similia eis. N ¶ Auxiliandum igitur ex his cum rebus quibus proprietate et vir tute nocumenta tolluntur. sicut verbi gra tia obuiamus ei quod primo dixi adiuuan do ut resoluatur vapor eius turbidus. et inflatiuus faciens subuersionem et labo rem. et ad hoc auxiliatur nobis decoctio in pomo digerit enim et maturat et resol uit. et excludit vapores eius. et aufert sero sitatem eius. et misceantur in decoctione illius que ventositatem resoluunt. et car minant et adiuuant ad illud sicut daucus proprie et galanga et semen feniculi et sem apij et similia. O ¶ Et dico quod decoctio eius generalior. et preparatio eius auferens plura ex nocumentis que diximus. Et ob uiamus ei quod diximus in secundo. mis cendo in decoctione eius aliquid virtute refrigeratiuum. et operando ut frangat acumen et inflamatio eius. Et ad hoc au xiliatur nobis decoctio eius cum his que extinguunt et leniunt. sicut est muscillago psillij. et aqua eius. et carnes prunorum. et succus rosarum. et aqua violarum. et viole recentes. et inuolute ipsam ante coctionem eius in oleo rosarum. aut violato auferunt hoc nocumentum ab ea. P ¶ Et succus citoniorum musorum et sumach et spodium faciunt similiter. Et obuiamus ei quod diximus in tercio. miscendo ei in decocti one que adiuuant virtutes membrorum et auxiliantur in aggregatione et corrobo ratione parcium laxarum. et ad hoc auxi liantur nobis maxime res stipticitatem habentes. et omnia que auferunt superflui tatem acuminis eius et remouent subtili tatem et virtutem penetrationis ipsius si cut est mastix citonia. et succus eorum. sunt enim rectificatiuum bonum. Mirabola ni quoque citrini sunt mirabiles in hac ope ratione. et aloe similiter. Q ¶ Et obui amus ei quod diximus in quarto. miscen do res que aggregant duas intentiones. Prima est acquirere ei facilem egressum. et hoc cum rebus expellentibus cito auda tiam eius. et facientibus eam descendere. Et ad hoc auxiliatur nobis administra tio eius cum rebus lubrificantibus sicut est muscillago psillij et carnes prunorum Et sciuisti quod compressiua sicut citonia. et maxime sumpta post medicinam. et pre post quam incepit educere. festinare faciunt eius egressionem R ¶ Et sciuisti quod aqua calida post medicinam transmutat auda tiam ipsius. et debilitat virtutem ipsius. S ¶ Et dixit Rufus eis qui sumpserunt scamoneam de melioribus rebus. est ad expellendum audatiam eius. ut post qua tuor vel quinque horas postquam sumpserunt eum psillium conquassatum cum aqua te pida aut oleo rosarum. sumant et post ho ras duas eius infusionem mirabol. tribue sic enim non timentur nocumenta eius. Secunda est reprimere eius virtutem acu tam et serositatem. et hoc facimus cum au

xilio rerum humidarum et unctuosarum. sicut est dragantum. et oleum rosarum. et amigdalarum. Et obuiamus ei quod diximus in quinto quod est thezaurus toci⁹ operationis et illud est acquirere ei bonitatez cum medicinis membra et virtutes cōfortantibus. et ad hoc auxiliantur nobis medicine cordiales frigide, et medicine stōatice. Et auxiliantur nobis ars et mod⁹ preparationis sicut iam diximus ¶ T. Modus rectificationis eius est secūdum quod narrauit Ruffus decoquere scamoneā in citonio post inuolutionem eius et reuolutionem fere per diem in oleo rosarum. aut violarum. aut amigdalarum. et post illud teratur faciliter. et voluatur et reuoluatur in scutella vitrea vsque dum siccetur cum infusione mirabolanorum citrinorū facta in succo citoniorum. tunc fiunt ex eo trocisci quantitate quarte. ʒ. j. et sit Dosis trociscus vnus. solutōne em̄ educit absque molestia. Modus autem alius secūdum eundem satis bonus. Decoquitur scamonea cum priori doctrina adiungendo ei mirabolanos citrinos ad quantitatē tercie partis ipius. deinde accipe semen anisi feniculi. dauci. ana ʒ. ij. decoque cū succo citoniorum cum facilitate et cola et vtere desiccatione et inuolutione. sicut hic primo diximus. Inquit Ruffus. Sit tua addere et minuere. et mutare secundum quod exigit dispositio. ¶ Inquit Galie. Miscui scamoneam cum sextuplo ipsius manne. et triplo eius succi rosarum. post bonitatem coctionis eius in pomo. et inueni ex modis prepationis eius hūc modum satis laudabilem. emendantem plura ex nocumentis que timentur per ipsam et aliquando miscui medicinas cordiales aliquādo alia sicut res exigebat. Inquit Hamech. Accipe duplum eius florum violarum. et medium ponderis ipsius liquiritie. et inuolue in oleo rosarum. et fac trociscos. ʒ. j. et sit dosis eorum vnus. ¶ X Inquit Humay. Dissoluatur cum oleo violarum aut amigdalino. et pauco masticis. et per diem. et diem agitetur ī sole cum administratōe olim paulatim. post hoc agitetur per diem. et diem cum aqua rosarum in qua fuerit dissolutum bdelliū et exiccetur. et decoquatur in citōio. post hoc cum tercia parte mirabolanorum citrinorum fiant trocisci. Et sit dosis. ʒ. ß. Inquit Paulus. Zinziber et piper longū et anisum admixta decoctione ipsius. et proprie in pomo acetoso aut pontico. remouet nocumenta ipius R ¶ Modus rectificationis ipsius ex inuentione nr̄a. Decoquantur frusta eius inter amigdalas tritas multas post preparatōnem eorum intra folia sepeliendo ea in cinere calido. et post diem abiectis amigdalis dissoluantur in aqua citoniorum acetosoꝝ in qua bulierit spica et anisum. et ex speciebus et seminibus redolentibus et desiccetur. Deinde cū pauco masticis et bdellij decoquatur in pomo citonio inuoluto in massa. deinde fiant trocisci. ʒ. j. Et sit dosis. j. operatur enim sine nocumento. Z ¶ Modus alius preparationis predicte. misceatur quantū ipa est de sumach. et quanta parte eius de spodio. et fiāt inde trocisci sicut priores. Sunt enim vltimi. dissoluatur scamonea cū octoplo eius mune. et cum pauco spice post inuolutionem eius in oleo rosarum aut amiddalion. Et decoquatur cum facilitate emēdatur enim a sua malitia. Et sciuisti quod aloe frangit malicias eius. et mirabolani magnificant eam. Et decoctio eius in succo portulace. Aut aqua seminis ipsius auferunt plura ex nocumentis ipsius. et medicine cordiales. aut stōatice calide aut frigide secundum quod res exigit frangunt maliciam eius. Et oportet quod fiat decoctō ei⁹ cum facilitate Impetuositas enim in decoctione addit in maliciam eius. Et ista quidem sicut sciuisti de trituratione modicum sustinet qua propter in trituratōe ipius non nimium insistatur. Ex rebus autem facientibus facilem et velocem egressum ei⁹ a corpe sunt citōia qn̄ ī ꝯfectōib⁹ et electuarijs sil' miscent̄ et silr mirabolani

Ipsi enim sunt de cito eam deponentibus Et similiter si supra eam post spacium bibatur. et sciuisti quod aqua calida expellit maliciam eius. et aliqua alia similiter sicut diximus in canone ¶ Solutione educit coleram cum facilitate. et attrahit eam a sanguine et venis vehementer. et eius operatio est sicut operatio furiosi. et ipsa est inimica cordi stomacho et epati et intestinis: et est ex facientibus nauseam. et conturbationem in visceribus. et ex subuertentibus ea. et facit sitim. et debilitat appetitum cibi. et ex ea et mirra oleo et succo agreste pauco opio fiunt trocisci. et cum vino pontico. et proprie aurei vnius. et fit linimentum ex vno eorum supra frontem et tempora comprimendo. et proprie cum vitellis oui et aceto forti. ¶ Sanat sodam antiquam et frigidam. et proprie emigraneam difficilem. et si ponatur supra dentem remouetur dolor eius et corrosio. et si super scrofulas ponatur: et prope cum succo apij et dauci delet eas. Et si fit linimentum ex vno eorum cum succo sisimbrij et aceto. sed loco apij ponitur castoreum. et linitur in posteriori parte capitis et est magnum iuuamentum ad subet et litargiam. Et quando scamonea supponitur cum lana educit menstrua et facit aborsum. et ipsa quidem curat morsus scorpionis proprie desuper linita cum succo mente: aut cum vino. Vitet autem eius acceptionem qui calide et sicce nature sunt. est autem paratus cadere in fe. Hij autem qui sumunt ipsam timeant estus et frigus. et abhorrant fructus. et precipue frigidos. et aquam veri frigoris et somnum plurimum super eam et excitantia superbiam animi. Conseruatur autem scamonea pannos. xij. Dosis eius est a granis v. vsque ad. xij.



## ¶ Ca. cccc. xx.

Saxifraga. Pandecta. Saxifraga est herba similis pimpinelle non differens nisi in pilositate. quia pimpinella est pilosa: sed saxifraga non habet pilos. Unde versus. Pimpinella pilos saxifraga non habet vllos.

## ¶ Operationes.

A ¶ Paulus capitulo. saxifraga: Saxifraga calida est et sicca in tercio gradu. ¶ B Et valet contra stranguiriam. et vicium lapidis. et dolorem yliacum.



## Ca. cccc xxi.

Stafisagria. Isidorus. Stafisagria est herba que habet folia quasi vitis et caules rectos emittit. semen habens in folliculis. viride ac trigonium in modum ciceris asperum fuscum: intus album ⁊ amarum nascitur in locis humidis.

## Operationes.

A Dyas. Stafisagria quã latini pedicularia vocant nascitur in locis umbrosis. habens folia viti agresti similia. divisa ⁊ scissa tanquam malua agrestis. hastas habens longas erectas ⁊ nigras. Semen est ciceri simile ysaci ⁊ flores. Quod semen in viridioribus folliculis est obtectum. Quod tenetur est nigrum. sed interius albũ gustu viscido ⁊ acri ⁊ calido. B Grana eius xv. accepta cum mulsa vomitibus excludunt pingue flegma. verum hij qui acceperunt mulsam acceperint bibant. ⁊ deambulent: quoniam suffocationes citius prestant. ⁊ gulam exasperant. C Trita et bibita pediculos interficiunt. Scabiem ⁊ pruriginem tollunt. Cum aceto elixa ⁊ ore retenta facere possunt omnia supradicta. D Reuma gingiuis abstinent. Tumores faucium spargunt. Miscentur in malagmatibus calidis. Semen tritum ⁊ oleo mixtum necare lendines ac pediculos est manifestum. Conveniens quoque probatur in apoflegmatismo faciẽdo vel asperitatibus effectis quos greci stigmata vocãt ab recorpatione faciendam. E Avicenna. Stafisagria est uva passa mõtana cuius granum est sicut cicer nigrum In tercio gradu est ca. ⁊ sicca. ⁊ est adustiva corrosiva. acuta acris. Interficit pediculos. ⁊ precipue cum arsenico. ⁊ confert alopicie antique linita. Eadem cum arsenico vel sola ponitur super scabiem ⁊ excoriationem ⁊ masticatur ad extrahendũ ex cerebro flegma ⁊ humiditatem. F Ex ea quoque in aceto cocta colluitur os ad dentium dolorem ⁊ gingiue humiditatẽ. preterea sanat alcola cum melle et bibunt ex ea xv. grana cũ mellicrate. facitque chimũ viscosum vomere In eius tamen bibitõe timor est. quoniam ipsa vesicam ulcerat. G Constantinus. Stafisagria in tercio gradu est calida ⁊ sic. habet acumen quo cum mastice vel olibano masticata multum a flegmate caput purgat Linguãque propter flegma aggrauatam alleviat. H Gargarizata quoque caput de grosso et viscoso flegmate mundat. Cũ aceto cocta dentiũ dolorem ac gingiuarum putredinem curat. Sternutatio de illa ⁊ nigella utrisque in aceto coctis iuuat in opilatione venarum ictericos. mixta vero cum auripigmento ⁊ oleo valet contra scabiem ac pediculos. I Pandecta. ca. cccxiij. Haberas arabice vel numbasas grece pediculicida. latine stafisagria vel pedicularia vel granũ capitis. vel passula montana. vel rosa regis. K Sera. li. aggre. ca. Haberas siue habeltos auc. dyas. Est plãta huius folia similia folijs vitis agrestis ĩcisa sicut folia malue agrestis ⁊ habet ramos longos.

secundum omnem modum administrationis eius. et vertigo et scotomia: et oximel eius ponit materias viscosas facile ad expellendum et subtiliat chimorum grossitudinem ℞ ¶ Et ipsa quidem secundum omnem modum administrationis eius convenit iuvamento magno egritudinibus iuncturarum. et est medicina bona pulmonis et pectoris. et egritudinum in eis. Et proprie electuarium ex succo eius et melle sumptum lambendo. clarificat vocem. et similiter oximel eius et acetum ipsius est ex medicinis bonis spleni et grossiciei eius: et est ex rebus preservantibus corpus a putrefactione et servantibus ipsum in sanitate sua et acquirit usus eius maciem corpori et conservat in iuventute: ¶ R Et acetum eius desiccat: et confirmat gingivam laxam et putridam. et confirmat dentes motos collutio ex ea: et similiter potus eius est medicina magna fetori oris faciens ipsum odoriferum. et sanat dolorem stomachi. et adiuvat ad digestionem. Et usus eius secundum omnem modum administrationis eius confortat corpus cui accidit laxitudo et mollificatio. et colorem efficit bonum. Dosis potio aceti eius a. ℥. v. usque ad. xij. Et oximel eius ab aureis vj. usque ad. ℥. j. et trocisci eius a. ʒ. ij. usque ad. iiij. S ¶ Avicenna. Oleum eius confectum cum melle ponitur super alopitiam et serpiginem. Eius acetum exasperat guttur et indurat carnem ipsius. et est bonum asmati et orthomoni. et tussi antique



## ¶ Ca. cccclv.

Solatrum. Pandecta. cap. ccc.xxv Hames arabice vel hupue. phatabalep grece strignum vel cuculus vel morella. latine vero solatrum vel uva vulpis. Serapion libro aggre. capitulo hames auctoritate Diascoridis. Hames id est uva vulpis et est solatrum: Sunt eius quatuor species. Una comeditur. alie vero non. sed illa que comeditur est domestica et est herba non magna habens plurimos ramos et folia nigra. similia folijs bedarog id est ozimi. sed maiora et latiora. et habet semen rotundum. cuius color est viridis. et niger. sed quando maturatur fit rubeus et quando frangitur invenitur in eo multa humiditas. et granula que sunt semina eius Idem aucto. Gal. Virtus eius est fri. i. ij gradu et non est humida. sed est media inter medicinas que humectant et que desiccant. et ipsum est compositum ex virtutibus

contrarijs.scz humida ⁊ sicca: ⁊ hoc quia in eo sunt due substãtie.scz terrea et aquosa. Est aliud solatrum quod dicit̃ alkekẽgi: de quo superius dixi in cap̃.xvij de A. Gal.viij.sim.far.cap̃.de strigno secũdũ translationem arabicam Strignum.i.solatrum somniferum: Uirtus solatri somniferi est ꝙ est fri.in.iij.gradu.⁊ facit dormire.⁊ habet proprietatem similem opij nisi quia est debilior eo. Et idem Sera. Est alia species solatri que dicitur solatꝝ maniale.et est illud quod dicitur furiale eo ꝙ facit furiositatem seu maniam.⁊ est plãnta habens folia similia folijs eruce. nisi quia sunt minora eis ⁊ spinosa que dicitur caradis.⁊ habet virgas lõgas egredientes ab eius radice.x.aut.xij. Et longitudo eius est duoꝝ brachioꝝ: ⁊ in summitatibus coꝝ sunt capitella similia oliuis: nisi quia sunt super capitella sicut pili ad modum arboris dulb.et sunt minora oliuis ⁊ altiora: ⁊ flos ei⁹ est niger.⁊ post florem emittit velut racemum.x.aut.xij: grana habentem: ⁊ grana sunt rotunda mollia nigra in mollicie vue similia granis cussus: ⁊ habet radices grossas albas cõcarias quoꝝ longitudo est vnius brachij.⁊ nascitur locis montuosis.⁊ inter arbores dulb.

## Operationes.

A Serap̃: Quando fit emplastrũ cum folijs solatri ⁊ zuccaram cõuenit formice ⁊ herisipile.⁊ quando terunt̃ contritione forti ⁊ miscentur cum sale: ⁊ fit emplastrũ cum eis resoluunt apostemata que fiunt in radice auris Et quando succus eius miscetur cum cerusa ⁊ litargiro ⁊ oleo rosarum: ⁊ mutatur hora post horam.cõuenit apostematibus calidis que fiunt in cerebro ⁊ capite infantium B Et miscetur succ⁹ eius syef quod fumitur ad cursum humiditatum currentium ad oculũ loco aque ⁊ loco albuginis: C Et quando distillatur in aurem cõuenit dolori eius.et fit nascale cum eo.et conuenit cursui humiditatum matricis: D Galienus libro: ij: de cibis.caplo de solatro olerum nullum noui habens stãtam stipticitatem quantum morella.ergo merito vt alimento quidem ipso raro vt medicina autem continue vtimur efficax eñ est ad quecũqꝫ est oportunitas infrigidationis ⁊ stipticitatis: Alimentum ãt paucissimum habet. E Etidem Uirtus solatri somniferi est que facit dormire.Et quando accipitur de cortice radicis eius aureus vnus: ⁊ bibitur cum vĩo facit dormire leuiore somno ꝙ̃ gummi papaueris F Et succus eius prouocat vrinam ꝓuocatione forti.⁊ dãtur ydropico ex semine eius grana: xij.⁊ curatur.sed si plus dẽtur inducunt maniam.verum cui accidit hoc.si biberit mellicratum curatur: G Et cortex eius ingreditur in medicinis narcoticis.⁊ quando coquitur vino.⁊ decoctio eius tenetur in ore sanat dolorem dentium.⁊ quando admiscetur succus radicis eius cum melle acuit visum H Serap̃: Uirtus solatri manialis est.ꝙ qñ bibitur ex radice eius.ʒ.j.inducit somnia non recta: sed aliena. Et quando bibunt̃ ex eo.ʒ.ij.inducunt furorem ⁊ velut ebrietatem tribus vel quatuor diebus: Et quãdo bibuntur.ʒ.iiij.faciunt hoc idem.⁊ eñ occidunt.⁊ cura eius est mellicratum: qñ bibitur ex eo quãtitas plurima.⁊ euomatur.⁊ fiat hoc sepe: I Et idem auctoritate Meschalach: Solatrum maniale est fri.⁊ sic.in.iij: gradu.⁊ est plus stipticũ ꝙ̃ omnis alia herba. Extinguit calorem igneum.⁊ fructus eius generat semper ꝑmixtionem sensus ideo oportet cauere ab eis: K Galienus. Uirtus corticis eius fri.in fine tercij.⁊ sic.in secundo ꝓpe finem eius. Unde curat vlcera. Alie vo species non sunt alicuius iuuamenti recepte interius. Ymo si quis biberit ex eo aureos quatuor morietur inde.⁊ si bibat̃ minus inducit insaniam. Sed vnus aureus aliquando non nocet Sed sciendum vbi ista translatio dicit aureus in greca translatione inuenitur.ʒ.j. L Platearius. Morella ⁊ strignum ⁊ solatrum idem est.

Est autē hec herba in .ij. gradu fri. ⁊ sic. etetiam aliquantulum diuretica. Scōm folia ⁊ fructus est multe efficatie. exiccata modice. Uirtutem habet infrigidādi cō tra splenis ⁊ epatis opilationem ⁊ maxīe ictericiam. Contra apostemata in stomacho vel in intestinis vel epate datur succ⁹ eius cū aqua ordei. teste dyascoride. Penna eadem succo intincta. epati frequēter supponēda est ɔtra ei⁹ calefactōem.
M ¶ Itē contra podagram calidam. Uel etiam herba ipsius trita sepius est superponenda. Cōtra calida quoq̃ apostemata in principio ad repercussionē materiei herba ipa superponitur trita.
N ¶ Macer. Herba quam greci strignū dixere latini Solatrum hic dicunt vis ei⁹ frigida valde Dicitur auricule mire sedare dolorē. Illius succus si sensum fundi tur intus ⁊c.




## ¶ Ca. cccclvj.

Sorbes arbor est ferens sorbas.

## Operationes.

A ¶ Serapion libro aggregatoris cap̄. sorba. Uirtus eius est que restringit ventrem fortiter B ¶ Galienus .ij. li. de alimētis caplo de sorbis. Sorba ⁊ Nespila stipticant quidem ambo. multo autem magis sorbis. nespila propter hoc influēti ventri magis conferens edulium est. et palam quoniam talium omnium ɔmedere parum conuenit. non vt ficuū aut vuarum copiose. Neq̃ enim vt alimento sed vt medicinis ipsis indigemus magis
C ¶ Galienus .viij. sim. far. cap̄. de sorbis secundum translationē grecā. Ydria id est sorba omnibus cognita est terrestrē substantiam dn̄antem ⁊ possidē modico subtili participat ei mixto. D ¶ Et dicit eodem libro capitulo quod incipit: Mis. i. arbor sorbe cuius fructus vocatur a multis oya cum y littera stiptica participat qualitate. sed debiliori nespilo multū quo circa ⁊ dulce est cum cōmeditur. ⁊ minus nespilo est ventris constipatiuus.
E ¶ Palladius. Mense ianuario. februario ⁊ marcio locis frigidis. calidis vero octobri ⁊ nouembri. sorba serunt̄ egregie ita vt matura ī seminario ipā poma pangantur. F ¶ Ego expert⁹ sum multas arbores ex pomis sponte progenitas. ⁊ in crescendo ⁊ inferēdo extitisse felices: plātas etiam si quis ponē voluerit. habebit arbitrium dūmodo calidis locis mēse nouembri: temperatis ianuario vel februario. frigidis marcio inclinantem dispōat Amat sorbos loca humida montana. frigidis proxima solum pinguissimū. cuius indicium certissimum si frequēs vbicūq̃ nascatur: G ¶ Item mense aprili sorba inseruntur in se. in cidonio. in spina alba. vel trunco vel cortice.



## Ca. cccclvij.

Soldanella. Pandecta. cap̄. c xlvij Chachille arabice. grece azar: latine vero soldana vel soldanella. Serap̄: li: aggre: cap̄. chachille est herba similis vsnen. nisi quia est maior: et hōies quidem ꝯmedunt eam cum ficubus sicut ꝯmedunt olera alia: ⁊ folia eius assimilātur folijs nasturcij: ⁊ ip̄a est amplioris humiditatis q̄ꝫ cicera ⁊ magis aquosa.

## Operationes.

A Serapion aucto. Habix. Chachille id est soldanella oritur in sterquilinijs. et est herba similis vsuen. ⁊ non est vsnen: et est in ea aliqua caliditas ꝑpter suam salsedinem. ⁊ eius salsedo est salsedinis baurach. B Et habet proprietatem laxandi aquam citrinam cum bibitur ex ea aqua eius et non oportet q̄ꝫ bulliat super ignem: quia amitteret virtutem. sed det̄ in potu de eius succo sine ebullitione: Et quantitas que datur de ea est ab vna tercia libra vsq̄ꝫ ad duas partes libre cum. ʒ x. zuccari albi aut rubei fortis rubedinis: quod est. quia rubeum cum lebleb: id est volubilis ⁊ cum fumo terre. ⁊ cū chachille fortioris virtutis est q̄ꝫ album: C Et idem auctoritate Ysaac benaram. Cachille est herba similis cicute in operatōe sua. ⁊ est calida ⁊ sicca: cuius ꝓpetas est q̄ꝫ aufert eructuatōes corruptas. et aq̄ eius purgat aquā citrinā. et confert tumoribꝰ ventris. ⁊ debilitati epatis. ⁊ est ꝯueniēs nutrimento. ⁊ habet opationem in stomacho ꝓpter viscositatem paucam que est i ea. D Et idem aucto. Aben mesuay Propetas est laxare aq̄ citrinam subito: ⁊ dosis eiꝰ est a q̄tuor ꝑtibus lb̄ vsq̄ꝫ ad ꝑtes duas absq̄ꝫ q̄ꝫ bulliat: E Et idez aucto: Rasis. Soldanella purgat aquaz citrinam ⁊ prouocat vrinam.



## Ca. cccclviij.

Scolopēdria Ysi. Scolopēdras dī̄ eo q̄ꝫ folia eiꝰ scolopēdro aiali sil'ia sūt. nascit̄ in petris hūidis: ⁊ caulē nec semen nec florē hꝫ. folia eiꝰ a sup̄ficie viridia sunt subter russa ⁊ lanosa.

## Operationes.

A Idem Isidorus. Splen curat Vnde et splenos dicitur. B Auctor. Scolopendria secundum phisicos ipsa est que vulgo lingua cervina dicitur. C Rasi in Almansore Saculusfundirion. i. scolopendria calida est. spleni grosso et stranguirie ac lapidi remedium affert. D Avicenna. Scolopendria ca. est in primo sic. in. ij. subtilis resolutiva. Confert spleni magnifice. Confert etiam singultui et ictericie. frangit lapidem in renibus et vesica. et dicitur quod ipsa est herba petrosa que nascitur in locis fontium. E Quidam autem dixerant quod est species squille. Item virtus scolopendrie habet eandem virtutem cum cetarach. quare lege capitulum. c x. de C.



## Ca. cccclix.

Scrophularia. Pandecta. Scrofularia. Castrangula Strangularia idem. Paulus ca. de scrophularia herba est cuius folia tenuia et subtilia. que cum flectuntur ut frangantur stridet. et ideo a multis dicitur caulis stridolus. et radices sunt etsatis subtiles in quibus adherent radices rotunde sicut sunt avellane mundate et albe mittentes lac.

## Operationes.

A Idem paulus. Radix illa dicitur scrofulis medica.



## Ca. cccclx.

Storax latine. arab. melachac. gre. sigia. Sera. li. aggre. ca. melachac. auc. dyas. Eius species sunt tres. s. liquida sicca et kearmitax. unde arbor storacis magna que vocatur lubue habet lignum quod assimilatur ligno sarco. fo. eius sunt folijs similia seile. i. lilij. habet fructum album magnum maiorem quam avellana similem. prunis albis duos habentem cortices quorum exterior comeditur. et est in eo amaritudo. interius est nucleus pinguis sicut nux. et exprimitur ab eo oleum et cortex huius fructus est storax sicca. et gummi huius arboris lubue est storax kearmitax. et latine vocatur calamita. i. bona gutta a calos quod est bonum et mita quod est gutta. inde storax calamita. i. bona gutta.

Et alio nomine vocatur sigia. et est gũmi album fortis albedinis. et vocatur gummi illud lubue kearmitarum. ꝛ melior species omnium est illud gummi lubue. Et melior ex storace sicca est rubea que assimilatur maci; ꝛ deterior ex ea est illa que est arida nigra. Substantia vero storacis sicce que non habet oleum administratur in suffumigationibus. Et istam romani vocant conficitam vel cozubrum. et est oleum quod ingreditur in vnguentis balneorum. Et melior illarum specierum est lubue muscatum: ꝛ est gummi album albedine mixta rubedine. ꝛ postea est sicca. que clarificatur non habens oleum: et est spissa rubea ꝛ deterior ex ea est lenis nigra. ꝛ lubue muscatum est lubue kearmitarum: Et est notum apud cristianos. et est storax kearmitarum id est storax kalamita. et rubea gũmosa: ꝛ est gummi. Substantia vero storacis sicce que non habet oleum vtuntur christiani in eorum ecclesijs ꝛ suffumigationibus: ꝛ vocant eam conficitam vel cozubrum: ꝛ deterior ex ea est nigra que assimilatur serrature ligni: Et idem auctoritate Dyascoridis. Storax liquida liquida est pinguedo mirre recentis. vt apparet in capitulo mirra. et extrahitur a mirra. quia terunt eam cum aqua pauca. et premunt eum cornu: ꝛ est boni odoris. ꝛ ingreditur in confectionibus. ꝛ sola etiam sine aliqua admixtione olet ꝛ parum ex ea est multe virtutis ꝛ calefacit. ꝛ calefactio eius est similis calefactioni mirre ꝛ oleorum calidorum et siccorum. Et storax liquida vocatur meth. ꝛ meth exprimitur ex gummi arborum que assimilantur arboribus citoniorum quod gũmi est mirra. quod inuenies si leges capitulum mirra. Sed storax kearmitarum est lacrimũ arboris eiusdem nominis: cuius virge intra canniclas ortũ ex se emittũt scobem similem serre que cauernate lacrimũ profluũt eius distillatum in terram preueniens est: illa autem que procedens virgis inheserit cum siccatur mũda est ꝛ satis alba. Dehinc flaua fit solis causa ꝛ mucosa. ꝛ melior ex ea est pinguis rubea similis resine pini. ꝛ sunt in ea frusta alba. ꝛ remanet in eo odor bonus longo tempore. ꝛ quando frangitur emanat ab ea humiditas que est sicut mel. Sed illa que est nigra et sicut furfur est mala. ꝛ iam inuenitur in ea gũmi arabico coloris clari. cuius odor est sicut odor mirre. Et parum quidem inuenitur de hoc gũmi. Et adulteratur storax cum serratura ligni putrefacti commixti cum melle ꝛ residuo. ꝛ sba mirre yreos puluerizata ꝛ alijs rebus scilicet cera ꝛ adipe. sed illa que nõ est adulterata habet odorem acutum:

## Operationes.

A Gal. viij. sim. far. cap. storax. Virtus est calida. ꝛ que mollificat et maturat:
B Dixit in quinto epidimiarum. quod est vna ex rebus mortiferis sicut Jusquamus ꝛ mandragora C Et idem eodem li. capitulo storax Calefacit ꝛ mollificat ꝛ digerit. vñ licet Auicena li. ij. capitulo de storace dicat aliter modum factionis storacis: Serapionem magis credendũ est. quia magis expertus. Unde dicit Auicenna. quod storax hu. alia est que extrahitur per seipsam gummi. ꝛ est storax calamita. et alia est que extrahitur cum decoctione per se autem extracta est citrina. sed que per decoctionem extrahitur est nigra. ꝛ est storax liquida. ꝛ fex huius est storax sicca. ꝛ est conficta vel cozubrum.
D Auerrois quinto colliget capitulo de storace. Storax calamita calida in secundo sicca in primo. E Item curat tussim ꝛ corizam ꝛ brancos ꝛ raucedinem: ꝛ prouocat menstrua quando bibitur. ꝛ quando supponitur matrici ꝛ fumus eius est similis fumo olibani F Serapion auctoritate Dyascoridis. Virtus eius est calida mollificatiua. maturatiua. ꝛ conuenit tussi ꝛ catarro ꝛ corize ꝛ raucedini quãdo bibitur ꝛ fit ex ea nascale cõuenit coartationi matricis. ꝛ prouocat menstrua. ꝛ quando deglutitur cum pauco gũmi albo in mollit ventrem mollificatione leui. ꝛ miscetur cum aliquibus vnguentis resolutiuis. et etiã oleis que resoluunt lassitudinem. Et administratur assata et torrefacta ꝛ adusta. ꝛ colligitur fumus eius sicut fumus olibani.

G Et idez auctoritate Albugerig Cõuenit dolori pectoris ⁊ pulmonis. ⁊ delet corizam ⁊ retinet ventrem. ⁊ aromatizat stomachum: ⁊ ꝯuenit ventositatibus grossis ⁊ nodationibus membrorum Et quãdo bibitur aut linitur exterius. ⁊ vlceribꝰ conuenit scabiosis humidis. H Et idem auctoritate Atabari. Fumus storacis est bonus catarro multum; ⁊ storax est calida ⁊ sicca et stringit ventrem. I platearius. Storax est calida in gradu ꝑmo sicca in secundo. ⁊ alia quidem est calamita, alia rubea. alia liquida Quelibet illarum est gummi arboris in India nascentis; Storax liquida reperitur in Calabria. Storax vero calamita dicitur non a calamo; sed a calo quod est bonum. et mita quod est gutta: quasi bõa gutta per decem annos durat. K Eligenda ẽ ista que subrufa est vniusqꝫ coloris per totum ⁊ sapore pontica ⁊ subamara. q̃ malaxari potest in cera. Que autem dulcem saporẽ habꝫ. sophisticata est; Nam yrim illiricã cum melle cõficiunt ⁊ storacem calamitã (vt sophisticetur) addunt. Sed discernitur quia talis habet dulcedinem nimiã. ⁊ si manibus tractetur. statim fit humida. ⁊ parum viscosa. Si vetus est cum malaxatur; puluerizatur: Sed storax rubea plus accedit ad ruborem. effectus similes hñs Storax võ calamita maioris est efficacie Virtutem habet ex ponticitate ꝯfortãdi. et ex qualitatibus suis consumendi. L Contra debilitatem ac frigiditatem cerebri ⁊ catarrum ex ea malum informatur ⁊ naribus apponitur. Caphala ex eadem facta. super dentes laxatos. ⁊ gingiuas cõfortat ⁊ confirmat. M Emplastrum ex eiusdẽ. oleo factũ contra frigiditatẽ stomachi valet stomacho superpositũ. Itez contra frigiditatem stomachi. ⁊ cõtra frigidum reuma capitis dantur pillule storacis. N Suffumigatio ex eadem facta per inferiora prouocat menstrua. Valet etiam suffumigatio ex adem facta per inferiora, si fiat puta inferius contra matricis suffocatõem. Si superius cõtra sui precipitationem. Liquida storax i emplastris ⁊ vnguentis maxime contra tineam ponitur. ⁊ diutissime seruatur Seruatur autẽ diutius storax rubea q̃ calãita.



Ca. cccc lxj.

Subere. vel Suberie. Ysidorus li. ethimologiaꝝ. Subere est arbor ex qua validissima cortex cortex natatorius extrahit̃ sic dcã. q̃si subedies: eo ꝙ fructus eius sues edunt. Porcoꝝ em̃ sũt alimenta non hominũ. Pli. li. xvj. Glandem fert suber sicut quercus ⁊ ylex. fungosam carnem ingidius tradit fieri subere: sicut esculo ⁊ rubore. Tardissimo germĩe germinat suber ac ꝯcipit. ⁊ incipiẽte hyeme fructũ emittit. Siluestrez generi folia nõ decidũt suberi ac buxo. ⁊ est cortex carnosus suberi ac populo. Suber tẽpestiue cesa torquet sese funditqꝫ. Caricẽ vetustatemqꝫ. sentit hec arbor tardissime. sicut et glandes atqꝫ castanee. Ceteꝝ in aq̃s non fluctat suber. si demat̃ cortex. ẽ ãt suber arbor minima glans eius pessima ⁊ rara.

Cortex tantum in fructu p̄crassus ac renascens; atq3 etiam in denos pedes vndiq3 explanatus.

## Operationes.

A Plinius Usus eius maxime nauium anchoralibus: piscantiumq3 tragulis. tecadorum obturamentis puenit Preterea in hyberno feminarum calciatu. quãobrem greci cortices arborum appellant. B Sunt et qui feminam ylicem vocant. Et vbi non nascit̄ ylex. p ea subere vtunt̄ In carpentarijs p̄cipue fabricis. vt circa helyn et lacedemonem. Hunc in ytalia nascitur tota. aut omino in gallia. C Idē in libro. xxiiij. Suberis cortex tritus et aq̄ calida potus ex vino calido: sanguinem excreantibus magnope laudatur




## Ca. cccc lxij.

Sumach. Platearius: Sumach est cuiusdam arboris fructus similis granis ex quibus tingit̄ pãnus rubeus. Admixtiõe quoq3 sumach sophisticantur illa grana. Est autem sumach frigidum in gradu secundo. siccū in tercio. Per annos quatuor seruatur. Uirtutem habz cōstringendi. et incitat appetitū. Pandecta cap̄. d clviij. Sumach latine. arabice adiutor vel barso. grece ris kitin. Serap̄ in libro aggre. cap̄. Sumach aucto. Byasco. Est planta nascens in locis saxosis habēs folia longa et habet ramos altos. et fructū in racemis quorum color vergit ad rubedinem sanguinis. et grana sunt ī racemis in magnitudine granorum lentisci. et alíquantulum lata Iuuamentum eius est in cortice granorum.

## Operationes.

A Etidem aucto. Galieni: Melius qd est in tota arbore est cortex grani eius. Et succus eius quando existit in eo sapor stipticus. et virtus eius est que infrigidat in secundo et desiccat in tercō. B Gal' viij. sim. far. cap̄. de sumach s̄m translationem grecam quod incipit Ris kitin idē sumach fructuosa plantarum stipticat et siccat. Uñ et cerdones ad stipticandum et siccandum coria vtuntur hac planta. Et propterea nominatur visodepsica id est coriorum aptatiua. C Melius autē fructus eius maxime et succus ad vtilitatē veniunt. sufficientes auferre exn̄tes qualitates. Concordat autē et totus qui secundum partem visus sensui. et secundum gustum. erit igit̄ et hoc farmacum siccatiuū quidem in tertio gradu infrigidatiuū āt ex secundo. D Contra vomitū ex calore: spongia intincta in aceto decoctōis eius ori stomachi supponitur. Contra dissinteriam inferiorum intestinorum vicō fcām. puluis eius cum aqua decoctionis ordei conficitur. ac p clistere inicitur. E Fit etiam emplastrum circa pectinem ac renes ex eiusdem puluere et oui albumine et aceto. Si vero superiorum vitio fiat aqua decoctōis eius vel saltem puluis datur. et carnes in aq̄ decoctōis eiusdē decoquent F Contra fluxū sanguis e naribus: medulla sambuci ī succo sāguinarie itingit̄ et puluē sumach asp̄sa narib' immittitur.

G ¶ Contra emoptoycam passionem e vicio spūalium dragantum ꝛ gummi arabicum per noctem cum predicto puluere dimittantur. ꝛ mastix cum aqua rosarum conficiatur. Indeqꝫ pillule formentur. quas paciēs sub lingua teneat. ꝛ paulatim trāsgluciat H ¶ Contra dissinteriam iteꝝ ex vicio superiorum intestinorum puluis sumach in olla cum anathasia datur. Suppositorium quoqꝫ factū ex illa vel tali puluere ꝛ anathasia contra fluxum valꝫ menstruorum. I ¶ Cōtra pruritum oculorum ex calore ꝛ humore lauantur oculi ex aqua decoctionis eius.



## ¶ Ca. cccc lxiij.

Sapo: Pādecta: libro. dc xiiij. Sabon. i. formicarium. latine Sapo. vnde sapo fit ex forti lixiuio ꝛ quacunqꝫ pinguedine Cuius multe sunt species. Est enim spatarenticus qui sic dicitur eo ꝙ incidit in spata: ꝛ iste vocatur iudaicus: quo iudei lauant sericum. Et est aliꝰ Gallicus. ꝛ alius muscatus. ꝛ alius mollꝰ ꝛ niger: ꝛ vocatur sparatencus.

## ¶ Operationes.

A ¶ Serapiō libro aggregatoris caplo Sabon auctoritate Pauli. Uirtus eius ē que abstergit ꝛ purificat. ꝛ est calida. ꝛ vlcerat corpus. ꝛ est fortis in hoc. ꝛ est bonū ad maturandum apostemata dura. ꝛ ad tollendum saniem. et ad mollificandum apostemata dura. B ¶ Et idem auctor Rasis. Est calida ꝛ vlcerat corpus et est fortis in hac operatōne. Et si admiscetur cum alijs medicinis calefacit mediocriter C ¶ Ad apostemata maturanda sapo magnum presidium est. Tamē cyrurgici caute vtentur ne nimium ante maturatōnem corrodetur.



## Ca.cccclxiiij.

Tanacetum. Dyas. Tanacetum est spēs artemisie que tagetes nōiatur. et ē tenera. semen hn̄s minutum ⁊ vnā hastam folijs plenā. nascit̄ in locis mediterraneis ⁊ altioribus florem melkinū atqȝ tenuem ⁊ iocūdiorem hec a grecis vocat̄ tagetes vel tanacetum ⁊ aliq̄ eam vocāt athanasiam vl' secundū quosdam thanasiam.

## Operationes.

A Dyas. Arthemisia q̄ tanacetū l' tagetes dr̄ facit ad vesice dolorē ⁊ strāguiriā. succo dato ex vīo. ʒ. ij. febricitāti ex aq̄ ca. efatis. ij. potui dat̄ hic succ⁹ B Tūsa cū axūgia ⁊ aceto coxaꝝ dolori medicat̄ ligata vsqȝ ad. iij. die. C Ut infantem hilarē facias incēde ⁊ suffumiga ꝭ ⁊ oēs ī cursiones maloꝝ auertꝫ ⁊ hilariorē faciet īfantē. D Gal. Oēs spēs arthemisie ꝯueniūt lapidib⁹ ī renib⁹ exn̄tib⁹. ⁊ ad calefactōes ⁊ exctōes secūdiaꝝ. ḡ tanacetū.



## Ca.cccclxv.

Tapsia. Pandecta caplo. d xlvij. Mezabaran. i. tapsia. q̄dam dicūt q̄ est mezereon; aliqui dicunt q̄ est elacterium.

## Operationes.

A Secundū Serapionē li. aggre. cap Mezabaram est planta que reperit̄ in India cuius cortex exterior habet iuuamentum in medicina in doloribus iuncturaꝝ. B Et hec quando ponit̄ in fluminib⁹ inebriat pisces Et melior ex eo est illa que habet subtilem corticem; ⁊ in sapore eius est acuitas parua. ⁊ dosis eius simplicis cum zuccaro est aureus vnus C Platearius: Tapsia in tercō gradu est calida ⁊ sicca. per tres annos seruat̄. Radix eius medicine competit vsui. sed nunq̄ per se debet dari. pucipaliter educit p vomitū. secundario p secessum D In medicinis vomitiuis maxime ponit̄. sed teritur. Oportet q̄ terens maxime faciem et oculos cooperiat vt parum aut nihil videat (testiculosq̄ȝ) quia cito inflant̄ E Quod si aliqua inflatō euenerit infundatur pannis in aceto. ⁊ fiat inde partis in frigiditate fricatio. Uel idem fiat cū succo etrabit. Uirtutem habet humores dissoluendi. ⁊ ad superficiem corporis attrahendi. ⁊ in grossam ventositatem resoluēdi. F Plinius li. xiij. Tapsiam vocauere quidam semen ferule eo decepti; q̄ ferula sine dubio nō est tapsia; sed sui generis feniculi folijs inani caule; nec baculi longitudinem excedente. Semē quale ferule. Radix candida. incisa lac emanat; ⁊ contusa succo abdicat omnia venenata. Quippe fodientibus etiam nocet si minima aspiret aura intumescunt corpa. faciemqȝ ignes acri inuadunt. ⁊ ob id ceroto prius illiniunt G Quibusdā tū morbis auxiliari dicūt medici pmixtam alijs; Jtē ī alopicijs. sugillatisqȝ ac liuentibus; seu vena ī media desint. vt scelera ꝯtenti Sȝ ista ꝑtexuerūt noxio instrumēto; tn̄qȝ in pudēti est vt venenū ortis eē ꝑsuadeāt.

H ¶ Tapsia est in affrica vehemētissima
Quidam per messes caulem incidunt Et
in ipā radice excauant quo succus ꝯfluat
arefactumqꝫ tollunt. Alij foliū Radicem
in pila tundunt: ⁊ succum in sole coactum
etiam in pastillos diuidunt. I ¶ Idez
in li. xxvj. Ad lichenas vtunt̄ ⁊ tapsie radi
ce cum melle trita: anguine ⁊ argemonia
medetur in vino sumpta: K ¶ Constā
tinus in libro graduum Tapsia est herba
sup terram saliens. i. brachiū cuius color
rubeus est, frondes habet virides aliq̄n
tulum colori plumbeo ptinentes: Cortex
autem radicis eius ruffus. nigredini par
attinens. sed intus est citrinus Hic cortex
medicine congruit. Calidus ⁊ siccus i. iij
gradu. Grossos ⁊ viscosos humores atte
nuat. ⁊ valet sciaticis ac podagricis: fleg
maqꝫ viscosum vbicunqꝫ fuerit purgat:
Miscetur ⁊ medicinis impetiginis Mor
phee atqꝫ scabiei. colatiuus em̄ est ac mū
dificatiuus: L ¶ Dyas. Tapsia dicta
est eo ꝙ in tapso insula in primo inuenta
est. frutex est illi fenicule similis. habēs fo
lia similia maratro: hastas tenues in qui
bus singulis sunt capitella: sicut in aneto
flos autez est niger siue mellinis semenqꝫ
latum ferule simile sed minus Radix est il
li alba ⁊ maior. corium hn̄s grossum. ⁊ in
odore viscida. Succus eius qn̄ colligitur
colligens non sit contra ventū situs. quia
manus ⁊ facies ebullient. Uirtus est ei ca
lida ⁊ catartica. M ¶ Corium radicis
eius ⁊ succum ⁊ lacrimū accepta mulsa su
perius ⁊ inferius hominem purgat. plus
tamen iusto accepta necem infert. Purga
tio ipsius dolorem mitigat lateris Asma
ticis opitulatur: his etiam qui putridum
habent sputum medicat̄. Est āt dieta ei⁹
cretica: eiusqꝫ potō. dāda est escis. aut co
cturis admixta. Radix ei⁹ ⁊ lacrimū tantā
hꝫ caliditatē vt nullā hēat ꝯpatōem ¶ N
Un̄ succus ei⁹ capiti supductus alopitias
emendat. ⁊ radix ei⁹ viridis infricata idē
pstat. liuores etiā detergit O ¶ Succ⁹
ei⁹ addito libanotide ac cera eq̄li pōdere
oīa pdcā pt facē In q̄libet āt loco posit⁹
non debet amplius esse q̄ꝫ duabus horis:
Sꝫ añ ⁊ post loca fouēda sunt aq̄s calidis
lentigines mundat Lepras limpidat. pu
stulas purgat maxime mixto sulphure ve
teris lateris aut pulmonis dolores curat.
arteticos ⁊ podagricos maxime iuuat:
Nudis locis impositus ea vestit. sꝫ fomē
to id facit. hūores etiā de pfundo violen
ter extrahit sicqꝫ dyaforesim facit.



## ¶ Ca. cccclxvj.

Tamariscus domestic⁹. Pli. li. xvj.
Tamarix est arbor crassissima hn̄s
folia nūq̄ꝫ decidētia: Idē li. xxiiij.
Tamaricē arbitrant̄ q̄dam esse miricem:
Auicenna. In tamarisco est stipticitas et
a ptio ⁊ mūdificatō absqꝫ vehementi exic
catōe. Et ei⁹ aq̄ est abstersiua ⁊ desiccatiua
cuius abstersio pl⁹ ē eius exiccatōe: ⁊ eius
exiccatio est cum stipticitate. Sed fruct⁹
ei⁹ vehementioris ē stipticitatis. In tama
risco quidem est subtilitas pauca. ⁊ qn̄qꝫ
administrat̄ loco eius viridis galle.

## Operationes.

⁊ Auicenna. Eius decoctio embroca ... diculos: ⁊ interficit eos. Ex eis fo... plastꝫ sup apostemata fluxa. Eius ... us variolas exiccat: et vlcera humida: ꝙ ex eo tritū est: ⁊ eius cinis spargitur sup adustionem ignis. Fructus eiꝰ ⁊ cinis vlcera difficilia exiccant: ⁊ carnez additam corrodunt. B Decoctō fo liorum eius cum vino ꝯfert dolori dentiū. Ore ex eo colluto. ꝓhibentqꝫ corrosionez eorum ꝓprijs fructibus. Iterum eius fructus stat loco galle ⁊ licij in egritudinibꝰ oculi. C Confert iterum antiquo spūto tamariscus. ⁊ ꝓpe fructus eius. Rami eius in aceto dissoluti ꝯferunt spleni: em plastro ex eis facto. Ad splenem quoqꝫ bibitum vinū in quo decocta sunt folia eius ac virgulta. D Et ex eius ligno faciunt sibi splenetici vasa. Deniqꝫ ꝯfert solutioni antique: ⁊ ad fluxum matricis. sedeturqꝫ in eius decoctōe. Bibiturqꝫ fructus eius qui etiam confert morsui rutele. Plateari9. Tamariscus ca. est ⁊ sic. E Vinum decoctionis eius valet ad opilationem splenis ⁊ epatis. stranguiriā ⁊ dissinteriam. Est eñ diureticū. Puluis eius in cibis positus ad eandē valet. Frequēs eius bibitio in vase tali valet ad idē. Cortex maioris est efficatie. F Pandecta cap. lxix. Athel vel tharmezit arabice. grece nadabar. Latine vō tamariscus domestica. G Serap. li. aggre. cap. athel id est tamariscus dōestica ⁊ est arbor multum longa vsqꝫ ad celum dura recti linea folia eius lōga subtilia stricta ⁊ nō habet spinas. ⁊ ex ligno eius fiunt parapsides ⁊ scisoria: ⁊ vasa alia. ⁊ ipa est magna athel ⁊ grece vocant nadabar. Et oēs arbores ex quibus fiūt vasa hmōi nōiant̄ nachaa sed est athel aliq̄ntulū arbor rubea q̄si coloris scorpionis. H Et idem aucto. dyas. Athel est similis thamarisco ⁊ est in babilonia. Et a q̄ infusionis eius ponitur in sief q̄ administrant̄ hn̄tibus debilitatē visus. I Et idē auct. gal. Athel est spēs tamarisci. ⁊ est arbor q̄ magis vento agitat̄ ꝙ arbor tamarisci. In sapore eius ē stipticitas ⁊ nō hꝫ florem: ⁊ hꝫ fructum rotundum, sicut cicer: hn̄tem colorē cinericium ad glaucedinē tendentez intra q̄ sunt grana pauca inuicē ꝯglobata. ⁊ iuncta q̄ nōiant̄ grana dulcia. Colligunt̄ in mēse februarij: est cal. ⁊ sic. in pmo gradu. Virtutes illius inuenies in ca. ꝓrio sequēti.



## Ca. cccclxvij.

Tamariscus agrestis. Pādecta cap c xx. Cafa arabice. grece mirica vel bruca vel mirthi. latie vō tamariscus. Vbi sciendum ꝙ tamariscus q̄dam ē masculus ⁊ est athel. de q̄ in p̄cedēti cap. dcm̄: et vocat̄ similiter tamariscus domestica. ⁊ q̄dam est feīa. ⁊ est illa arbor ꝙ cōiter nos vocamus tamariscū. Et ista vocatur sil'r tamariscus agrestis. Serap. li. aggre. ca. de cafa. Cafa. i. thamariscus agrestis. ⁊ est arbor erecta q̄ nascit̄ in aq̄s. ⁊ hꝫ fructū q̄ assilat̄ floribꝰ ⁊ ē sil'is in fluxibilitate sua vsnee. ⁊ illa spēs vocat̄ ab aliq̄bꝰ bruca: Est in babilōia ⁊ in seni. alia tama

riscus que est domestica q̃ nõiat termezit siue athel. ⁊ assilat agresti ĩ oĩbus p̃ter q̃ in fructib⁹ in lõgitudĩe. q̃ fruct⁹ ei⁹ est rotũdus siĩs gallis dẽtatis. ⁊ ẽ stiptic⁹ ⁊ ponitur loco gallaꝝ in medicinis. Et sciend͂ q̃ ista est arbor q̃ ip̃e nõiat in p̃cedẽti ca. de q̃ dr̃ q̃ est arbor mag̃ vsq̃ ad celũ q̃ vocatur athel. ⁊c. Gal. viij. sim. far. ca. de thamarisco agresti. In sapore ei⁹ ẽ stipticitas ⁊ est v̓tus ei⁹ q̃ incidit ⁊ abstergit. s̓ folioꝝ ei⁹ ⁊ radicum ⁊ ramoꝝ subtiliatio est plus subtiliatione fructus eius.

## Operationes.

A Sera. auct. dyas. Radix thamarisci ponit̃ p̃ gall̓ in medicis oculoꝝ ⁊ oris. ⁊ est ɔtinẽs sputo sanguĩs. ⁊ potat̃ in fluxu antiq̃. ⁊ ɔfert ytericis. ⁊ illis q̃s momordit rutela. B Et q̃ñ fit emplm̃ cũ ea diminuit ap̃ata flegm̃atica. ⁊ cortex ei⁹ operatur sicut fruct⁹ eius. nec pl⁹ nec min⁹. ⁊ fo. eius cocta cũ aq̃ ⁊ bibita ip̃a aq̃ extenuat splenem C Et q̃ñ fit cũ ea collutõ oris cõfert doloribus dentiũ. ⁊ ẽ ɔueniẽs mulierib⁹ hñtibus fluxũ hũiditatũ q̃ñ fit sessio in decoctõe eius. ⁊ p̃ijcit̃ decoctio ei⁹ sup̃ illos in q̃bus gñant̃ pediculi ⁊ lẽdines ⁊ iuuat multũ. Cinis ligni tamarisci q̃ñ supponit̃ ɔfert hñtibus hũiditates matricis. D Et idẽ auct. Mesarugie. Cinis ei⁹ desiccat oĩa vlcera. ⁊ p̃c̃ illa q̃ fiũt ab adustiõe ignis. ⁊ ɔfert ap̃atib⁹ frigidis q̃ñ fumigatur cum eo. E Dixit mihi bõ fidelis q̃ fuit q̃dam mulier sup̃ q̃ aparuit lepra ⁊ datũ fuit ei de decoctõe radicis tamarisci cũ passulis sepe ⁊ curata est. Et nos q̃dẽ expti fuim⁹ ĩ muliẽ alia ⁊ curata est. ⁊ hoc fuit q̓ egritudo eius p̃ma fuit ap̃a in splene. ⁊ p̃pter opilatõem ei⁹ q̃ q̃dẽ fuit cã nõ attrahendi melancoliã. ⁊ nõ mũdificãdi vel clarificãdi sanguinẽ. ⁊ fuit cã apparitionis lep̃ sup̃ eã. Q̃ñ g̃ resolutũ fuit ap̃a et opilatio p̃pter opatõem isti⁹ medicie. in eo q̃ fuit de nãa sua incidẽ ⁊ absterge̅. reuerse sunt ad eaꝝ sanitatẽ. F Eridez aucto. Gal. in li. suo ad Glauconẽ q̃ñ scripsit ei sig̃ ap̃atis duri in splene. q̃ melior medicia eius ẽ cortex radicis capparis et scolopendrie ⁊ cortex tamarisci. ⁊ summitates ei⁹ si coq̃nt̃ in aceto. G Gal. viij. sim. far. Q̃ñ cortex tamarisci coquitur cũ vĩo ɔfert spleni duro ⁊ expellit dolorem dentiũ s̓ in fructu eius ⁊ in cortice est stipticitas non pauca q̃uis q̃ v̓tus eius est p̃pinqua v̓tuti gallaꝝ viridiũ. nisi q̓ ĩ gallis vilis viridibus manifestat̃ stipticitas solum. H Complexio fruct⁹ tamarisci ẽ ɔplexio ineq̃lis ⁊ possum⁹ ei vti p̃ gallis. ⁊ cinis tamarisci q̃ñ ɔburit̃ h̓z v̓tutem desiccatiuã desiccatõe forti. ⁊ est in eo absterſio ⁊ incisio. I Eridẽ eodẽ li. ca. de mirica. Mirica ⁊ tamarisc⁹ abstersiue ⁊ incisiue est v̓tutis absq̃ q̃ siccet manifeste. K Pli. ca. de tamarisco Tamariscus domestica h̓z v̓tutem eãdẽ sicut siluestris. nisi quia est magis stiptica. ⁊ minus incisiua ⁊ abstersiua.



## Ca. cccclxviij.

Tamarindi. Pand. ca. dclxvij. Tamarindi ara. ⁊ latie. grece oxifonitia. Sera. li. aggre. ca. de tamarin

do. Nascitur multũ ex eis in cesarea et in terris hamen. ⁊ folia eius sunt sicut folia salicis. defertur ex terris indie. ⁊ est fruct⁹ coloris rubei. ⁊ hꝫ medullã pl'imã plusq̃ xilocaracta. crocei coloris ad nigredinez tendens. ⁊ hꝫ melleitatẽ. et est illud q̃d ex fructu administrat̃ postq̃ egrediunt̃ grana eius. ⁊ meliores tamarindi sunt noui recentes nõ aridi saporis acerrimi. ⁊ vtrusq̃ eorꝫ est fri. ⁊ sic. in. iij. gradu.

## Operationes.

A Virtus ei⁹ ẽq̃ laxat colerã ⁊ reprimit acuitatẽ eius. ⁊ abscidit vomitũ. ⁊ aufert pruritũ. Et dosis aq̃ eorꝫ postq̃ decoquũtur est lb ß. ⁊ aufert sitim. B Et idez aucto. mesuae. Est fri. in. ij. mollit vẽtrem ⁊ est sicut pruna. nisi q2 est subtilior ⁊ mĩoris hũiditatis. C Paul⁹ ca. de tamarindo. est fri. ⁊ sic. in. ij. g̃du. D Aui. de viribus cordis dicit q̃ ꝯfortat cor.



## Ca. cccclxix.

Tapsus barbatus siue tapsus barbassus latine. grece flõmos. arab. busuri. Syas. ca. flõmos. Flõmos. i. tapsꝰ barbassus. duo sunt eius genera. mascul⁹ ⁊ feĩa. Una est alba. scꝫ mascul⁹. alia ẽ nigͣ scꝫ feĩa. Masculus q̃t folia hꝫ oblõga ⁊ angusta ⁊ hastã tenuẽ ⁊ semen tenue. Femia v̾o hꝫ folia caulicl'o similia sꝫ aspiora ⁊ latiora ⁊ hastã longã cubito vno albã ⁊ asperam flores virides ⁊ albos ⁊ semẽ nigꝝ. Radix est illi dura pollicis g̃ssitudinẽ hñs. Nascit̃ in cãpis. Est alia flõmos agrestis v̾gas hñs lõgas in se ⁊ arborosas. ⁊ folia saluie similia circa v̾gas suas flores suos hꝫ aurosos aut mellios sicut p̃sij sed folia sunt illi aspa circa terram ⁊ obrotũda. Est alterꝫ genus flõmos q̃d lignitis dr̃ aut triallis. folia hñs tria aut q̃tuor aut plura pinguia ⁊ aspa ⁊ g̃ssa quibus multi i lucernis vtunt̃. Gal. viij. sim. far. ca. flõmos. Flõmos. i. barbassus quedã est folijs alba. q̃dam vero nigra. Et alba alia quidem est masculus cuius folia sunt strictiora. Alia v̾o femĩa cuius folia sunt maiora. Et vltra has est alia flõmos agria. i. barbassus silvestris nũcupata auriferis est floribus radix põtica exñs gustu. Pli. ca. flõmon q̃z latini barbassum vocãt. Fri. ⁊ sic. ꝯplexionis est quarꝫ altera est masculus albidioribus folijs atq̃ angustioribus altera feĩa folia latioribus atq̃ nigris. Est aliud genus q̃d latini herbã lucernalem vocãt ab eo q̃ ex ea lucem faciunt. vñ ⁊ lucibros eã vocant eo q̃ lucem p̃beat vmbris.

## Operationes.

A Dyas. Radices oĩs g̃nis sũt stiptice fluxũ vẽtris vnimodus ipa3 dat cũ vino stringit. Elixa rã earꝫ bibita cõq̃ssatões ⁊ dolores laterꝫ tollit. tussim mitigat. B Dolorẽ dentiũ gargarismo adhibita ꝯpescit. Flõmos v̾o q̃ florẽ hꝫ aurosam capillos ĩficit. Folia ei⁹ cocta i aq̃ ⁊ vt cathaplasma iposita. duricies ⁊ tũores oculorꝫ soluẽt. maligͣ vulnera melle ⁊ vino addito ad sanitatẽ ꝑducũt. C Aceto v̾o mixto vulnerib⁹ r̃centib⁹ singl'are p̃sidiũ est. punctũ scorpionis mitigat. Agrestis flõmos folia ꝯbustioni opitulant̃. Folia ei⁹ q̃ dr̃ feĩa cũ caricis ꝯposita memoratis

canceris putredinem non admittit. ¶ B Gal. Radix ei⁹ fluxibiles passiões iuuat. Gargarizant aũt eã in ore qdã ad dentiũ dolorem. folia vo diaforetice sunt vtutis flores eius capillos purificãt. oĩm em̃ fo. siccatiue ⁊ moderate abstersiue sũt vtutis E ¶ Pli. Fomentatio fcã ex vĩo decoctio nis ei⁹ valz ꝯ emoroidas. F ¶ Ad idẽ valẽt si anus ex eo tergaẗ p⁹ assellationez. G ¶ Valz etiã ad tenasmonẽ. eucatisina ex aq̃ decoctõis ⁊ ꝯ fluxũ ventris.



## ¶ Ca. cccclxx.

Tereniabin. Pãdecta. ca. d clxxviij Tereniabin qdam dicũt q est mã na sed falso. Ymo est vt mel album habens saporem manne.

## ¶ Operationes.

A ¶ Sera. li. aggre. ca. tereniabin: Tere niabin. i. mel rosaꝝ. Unde est ros cadens de celo. ⁊ assimilaẗ melli granuloso et ag gregato cũs graniculis. ⁊ est nõiatũ mel roris. ⁊ plurimũ cadit sup arbores q̃ sunt in terra corascem ⁊ in oriẽte. q̃ arbores hã bent folia ⁊ spinas virides ⁊ flores rube os. ⁊ non faciũt fructũ. ⁊ cadit in ea stella sup summitates palmaꝝ. B ¶ Et vir tus eius est eq̃lis mollificatiua ventris. ⁊ est hũmectatiua pectoris. ⁊ ꝯuenit calidis naturaliter. ⁊ ꝓpe qñ soluiẗ ĩ aq̃ Juiubaꝝ ⁊ prunoꝝ. C ¶ Et est ex eo melius albũ et nouũ. ⁊ dosis eius ab aureis. x. vsq₃ ad xx. aureos. D ¶ Et idem auct. Habix. Sedat inflatõem febriũ calidaꝝ: ⁊ aufert sitim ⁊ mollit ventrẽ mollificatõe medio cri. ⁊ educit colerã cũ facilitate. Et meli⁹ ex eo est album nouũ.





## ¶ Ca. cccclxxi.

Terbentina. Pãdecta. ca. cix. Bo tin ara. grece terebintũ vł albotin latine vero arbor grani uiridis. et est arbor vñ emanat terbentina. Sera. li. aggre. ca. botyn. Botin est duaꝝ specieꝝ domestica ⁊ siluestris: Dõestica scz arbor terbẽtina ẽ botin fm veritatẽ vel terebin tũ ⁊ est capinus cui⁹ lacrim⁹ est terebintia

7 ab ea oritur pix 7 rasa. 7 fructus eius est granũ viride. Et silvestris est lentiscus arbor in mõtibus nascẽs. Et dixit mihi quidam arabs. Lentisci arbor est sicut arbor glandiũ magnarũ nisi quia est pulchrior. summitate. scz quia summitates eius sunt ad rubedinẽ declives. 7 sunt folia lenia et fructũ facit in racemis sicut botrus magnitudinis granorũ granatorũ silvestriũ: et qñ maturant̃ fructus. tũc sunt rubei. et folia eius similiter rubescũt. 7 qñ fruct⁹ pfcẽ maturant̃ sunt vt plurimũ nigri. Sciendũ q̃ ista arbor lentisci est arbor q̃ grece vocatur scinus. cuius gũmi est mastix sicut apparet in lr̃a mastix. folia eius sunt sicut folia sorbi. 7 odor eius est odor stinci. Nam stincus vocat̃ planta q̃ nos regnicole vocamus lentiscum incõgrue tñ. ex cui⁹ fructu extrahit̃ oleum de stinco Sz scinus est vere lentiscus: 7 est botin silvestris: Gal'. viij: sim: far. ca. de lentisco. Echin⁹. i. lentiscus frutex hic ex aquosa substantia remisse calida virtute 7 terrestri fri. non multa cõposita ppterea etiaz stipticat moderate. siccat ĩ in. ij: gradu iam ꝯpleto vel. iij. incipiente: 7c̃. Dyas. ca. terebinthi. scz domestici. folia semen 7 corũ stiptica sunt simili diligentia colligunt̃ sicut scinus. Semen eius cacostomaticũ est: Est eñ caliõ 7 diureticum.

## Operationes.

A Dyas. Terebintũ domesticũ vẽtrem stimulat. Vino mixto morsibus occurrit. eius r̃sina eligenda est alba 7 limpida vitreum hñs colorẽ 7 odorem terebinti retinens. Utilior est oĩbus resinis. secunda post istam resinam vtilis est resina scini: B Tussi 7 ptisicis medicat̃ more elcũarij melle addito toracis vitia ꝯpescit. Ventrem mollit erugĩe cãpane 7 erevsto. 7 calcanto l' nitro adiũcto leps corpis purgat Pus aurium melle 7 oleo mixto detergit. pruriginẽ nature nõ admittit. C Profundas plagas 7 vulnera r̃plet. 7 purgat malaxantibus medicamĩbus necessarie miscet̃. Dolorẽ lateris ꝓhibet resina molli. i. pituita 7 colofonia q̃ ex loco nomẽ accepit Hec vt electuariũ data tussi medetur. oẽs resine non sunt vnius coloris Nã aut albe sunt. aut mellinũ hñt colorem. fit eñ resina liquida de cypsso. duriores vo resine sunt strobilina. pescilina. pituina: 7 elatina: D Eligenda est que fuerit odorata vel limpida et non liq̃da valde: sed vt cera sit: 7 non valde fragilis. Melior est omnibus pituina 7 elatina. q̃ odorate sunt. et thuris hñt odorem. pescilina vero 7 strobilina 7 cipssina nimiã in se habent vĩtutem. Nã scinina est simil' terbentine. 7 id opat̃ vt terbentina. E Isi. Terebinthus est arbor gñans resinã oĩm resinarũ p̃stantiorẽ: F Ambrosi⁹. Si terebinthi fructus aq̃ misceat̃ in oleĩ morem facile trãsfundit̃. G Glosa sup pmũ Regũ. xvij. Therebinthus est arbor de q̃ resina lacrime prestãtissime manatvñ medicinalis ĩdustria dissolluta cõglutinat. H Glosa eccl'. Terebinth⁹ est arbor brevis 7 fructuosa Nascit̃ in Siria crassissima est plenior q̃ illa q̃ de cortice erũpit H⁹ arboris mascl'e sine fructu sunt Femĩarũ duo sunt gñã. Alteri⁹ fructus rubet lẽtis magnitudĩe. Alteri⁹ pallet. nec faba grandior. odore iocũdior. tactu resinosus. I Pli. li. xij. In cocco insula nasci credunt̃ terebinthi. florẽ imbribus decussum tenere halitu aiante. K Idẽ li. xiij. Siria terebinthũ hz. 7 ex his mascula sine fructu est. Sz 7 in macedõia brevis est arbor ⁊ atq; fructicosa. In damascorie mag̃ est. L Idẽ li. xiiij. Terebinti bacce aut lignũ recẽs in musto decoquũt sicq; vinũ efficit̃: M Idẽ li. xvij. Resinam terebintinã (vt fiat pix spissa) inventi sartagĩe ponunt. 7 hãc ceteris p̃fert vt fiat pix in syria terebintho cortices detrahunt: N Idẽ li. xxiiij. Terebinti folia 7 radix collectõ ib⁹ iponunt̃ decoctũ corũ stõm firmat. Semen in capitis dolore bibit̃ in vino. 7 ꝯ difficultatẽ vrine ventrem leviter emollit. ventrẽ excitat. Therebinti fo. semẽ 7 corũ stiptica li. t. Semẽ ei⁹ cacostõachũ ẽ. Est eñ calidũ 7 diureticũ.




# Ca.cccclxxij.

Teda. Actor. Teda est arbor picea flāmis ac lumibus apta. Ob quā causam vt estimo trāsumpto nōie lāpades siue faces dicunt tede.

## Operationes.

A Pli.li.xvj. Sextū genus arbor₂ picē gignentiū est teda ꝓpe dcā. abundantior succo q̄ reliq̄: ꝑtior liquidiorq̄ q̄ picea flā mis ac lumibus etiā sacror₂ grata. Hanc mares dūtaxat ferūt. 7 eā q̄ stacten greci vocāt odoris ǵuissimi. B Laricis morbus ē vt teda fiat. hec āt. s. teda (sicut 7 alia gñā q̄ picē ferūt) accensa fuligine ī modica repente carbonē cū eruptōis crepitu expuunt. iaculantq̄ lōge. excepta larice. q̄ nec ardz nec facit carbōes. nec alio mō vt ignis ꝯsumit q̄ lapides: C Pix liqda in europa e teda coquit̄ muniē dis naualib⁹: multosq̄ alios ad vsus lignū ei⁹ ꝯcisū (furnis vndiq̄ igni extra circūdato) ferro vt in ꝑmis sudor cali fluat aq̄ mō: hoc in syria cedr₂ vocat̄ eaq̄ ī egipto corpa hōim defunctor₂ ꝑfusa fuant̄. In teda cū hūor manare desinit ex alia pte cortex sist̄r a pix: ac deinde alia: Postea vō vt pix eliciat̄ Arbor tota succidit̄. 7 eius medulla vtit̄. Mōtes amat teda 7 larix sicut 7 cedrus.




# Ca.cccclxxiij.

Tilia. Tiliā vocatā dicūt: eo q̄ vtilis est ad vsum celor₂ nitore 7 leuitate iaculādi. Est eñ id gen⁹ materie leuissime ad sculpturā vtilis.

## Operationes.

A Pli.li.xvj. In arbore tilia drūt mas 7 fēia. Nam 7 mari materies dura rufior atq̄ nodosa. sz odoratōr. cortexq̄ crassior ac detract⁹ inflexibil̄. Nec fert semen nec florē vt fēia q̄ crassior arbor est materie cādida ꝑcellensq̄. B Est āt mir₂ ī hac arbore fructū a nullo attigi aīaliū foliorū tñ corticisq̄ dulcem esse succum. Inter corticem 7 lignū tenues habet tunicas multiplici mēbrana. e qb⁹ euocant̄ tilie vincl'a.

Tenuissimũ habꝫ corium phillire corona rum lemnitis celebres. antiquorũqꝫ hono re. Materies teredines nõ sentit ꝓcerita te p q̃ modica; sed vtilis. Cortex est tilie ĩ vsu magno sicut abieti ⁊ fago. ¶ C Canchrin etiam gignit̃ in tilia videlicet pillula vim vrendi habens in medicina. de qua dcm̃ est sup̃. Montes ⁊ valles dili git tilia. sicut ⁊ abies ⁊ castanea. Mirũqꝫ q̊d euenit tilie vlmo quoqꝫ euenit. Circũ aguntur em̃ folia eaꝝ post solsticium. nec alio argumẽto certius intelligit̃ sidus cõ fectum D ¶ Idem ꝑli. Tilia est arbor nobilissima eademqꝫ videt̃ ⁊ calidissima Corticem tenuem habet. ⁊ paulo añ equi noctium vernale germinat sicut acer len tissima. Et ideo scutis faciẽdis aptissima quaꝝ plaga se ꝓtinus ꝯtrahit. Vulnusqꝫ suum claudit. et ob id contumacius ferrũ transmittit. in quo genere sunt tilia ⁊ sam bucus ficus ⁊ salix ⁊ poplus. E ¶ Idẽ in li. xvij. Tilia cerasus ⁊ vitis corticẽ mit tunt. sed non vitalem corpori ꝓximũ; veꝝ eũ qui alio subnascente expellit̃. ⁊ quibus dam vt platanis est cortex rimosus. Tilie vero renascitur paulo minus q̃ totus. F ¶ Idem in li. xviij. Solstitium estiuale folia tilie vertit ad mille vsus petende. et est confecti sideris signum. G ¶ Idez in libro. xxiiij. Tilia lepras sedat. Cortex potus in aqua frigida aluũ purgat. Im ponitur ⁊ collectionibus lacrims ⁊ vulne ribus ambustis Humor in folliculis hui⁹ arboris nascens. cuti nitorem inducit. Fa ciemqꝫ gratiorem prestat Cauliculi folio rum primo vino decocti tumores sanant. Ex li. de natura reꝝ eodem modo habet̃ licet sub alijs verbis.



## ¶ Ca. cccclxxiiij.

Titimallus latine: arabice xencua. Serap̃ li. aggre. ca. xencua aucto ritate dyas. Xencua. i. titimallus. Et sunt eius septem sp̃es: quaꝝ vna dicit̃ arabice barasimas. grece vo caritias vel comites vel comos. Et est masculus hñs virgas quaꝝ longitudo est plus vno bra chio. In quaꝝ colore est rubedo plena la cte albo acuto. ⁊ folia super virgas ipsas similia folijs oliue. nisi quia sunt lõgiora ⁊ strictiora: ⁊ radix eius est g̃ssa aspera. et ĩ sũmitatib⁹ illaꝝ vgaꝝ sunt comesiles iũ co. ⁊ ĩ sũmitatib⁹ illaꝝ comaꝝ sũt capitella sil'ia capitell' illi⁹ sp̃ei q̃ dr̃ noal'. ⁊ ĩ istis ca pitellis ẽ semẽ Virt⁹ eius est laxatiua. ⁊ ista est camelea. Et ẽ alia sp̃es q̃ nõiat̃ arab. ⁊ grece carsites: ⁊ ẽ feĩa. ⁊ ẽ sil'is plãte q̃ dr̃ didomedas. ⁊ hꝫ fo. sil'ia folijs mirti. nisi q̃ sunt maiora ⁊ strictiora ⁊ duriora: ⁊ sũt fetidi odoris ⁊ hñt acutas sũmitates sicut spinas; et habet virgas egredientes ab vna radice longas circiter palmũ vnum. ⁊ habet semẽ q̊d ꝓfert oĩ ãno simile nuci.

A Galienus. Menſtrua ⁊ vrinas ꝓuocat. Oportʒ autem totum ad hoc aſſumere. ⁊ non ſolum ſemen. ſed etiam fructum. Sʒ cum folijs applicatum viride fit ad cicatricem ducere poteſt. oĩa vlcera queq̃ aduſtione facta ſunt ignis. ſiccum vero ſi appoſueris ſanabis. ⁊ laxa ⁊ putrida vlcera. B Quidam vero ⁊ ſciaticis bibere id dant pulverizatum ⁊ ſiccatũ. ⁊ qñ ſit naſcale cum eo ꝓuocat menſtrua. ⁊ qñ bibitur ꝓuocat vrinam. C Et ſi bibit̃ ex ſemine eius cum vino curat quartanaʒ Et qñ bibit̃ eodẽ mõ. lx. diebus ꝯtinuis. curat ſciaticam. Et qñ fit emplaſtrũ cũ folijs eius. ⁊ ſemine curat ꝯbuſtionẽ ignis. D Dyaſco. Ypericum vrinam potatũ ꝓuocat ⁊ ventrem ſtringit. Item folia et ſuccus eius medetur diſſinterie. ⁊ ſanguinis effuſioni. E Ramicem etiam curat. Herba fomento impoſita ⁊ ꝯbuſta ſanat. Hec cauda caballina dr̃ ab aliq̇bus. ⁊ deſiccatiua eſt fortiter ſine mordicatõe F Ad plagaſ autem magnas cataplaſmatibus ĩpoſita vtilis eſt. ⁊ glutinat neruos inciſos. facit ⁊ ad eos q̇ ſanguineʒ vomunt. G Et ad fluxum ſanguĩs mulierum. ⁊ ad diſſinterios ⁊ ad diarriam. ⁊ ad om̃e reuma ventris fortiſſimũ adiutorium eſt. ſi ip̃a herba cum aqua aut cũ vino bibatur H Succus autem eiꝰ ad fluxum ſanguinis de naribus. ⁊ ventris fluxum cum vino auſtero potui datur. febrientibus cum aqua. I Paulus Urinam prouocat. Epar ⁊ renes mundificat. Femorum dolores curat. Uulnera deſiccat. Uenenum ſuperat. Cathaplaſmatibus celeriter vulnera ſanat.



Ca. cccccxvij.

Osia. Pli. Osia est apȯ grecos. tra duntqȝ ipsam ⁊ typhen cū sint de genere ad frumentum redire, si pi ste serant̄. nec ꝑtinus sed anno: iij. Zea se men est ex q̄ fit alica. granū eius ī pila lig nea tund it̄. vel lapidis duricia nobilius ꝑterit̄. excussisqȝ inde tūicis. iterū armamē tis nudata cōcidit̄ medulla: Est zea q̄ de generat in affrica. vn̄ adulterina fit alica cꝰ spice latōres ac nigri sūt ⁊ breui stipla.

## Operationes.

A. Ysaac. Zizania nascunt̄ inter triticū siccis corruptisqȝ tꝑibus. vn̄ vim hn̄t acu tam ⁊ venenosam. ⁊ aliqn̄ mentē ꝑturbāt ⁊ inebriant. Mixta sulphuri vino ⁊ aceto ad impetiginem vl' serpiginē valēt cocta āt cū radicis cortice. vulneribus iā putre factis apposita sanāt ⁊ mundificāt. valēt etiā ad apata dissoluendū: B. Jhe roninꝰ sup matheū. Inter triticū ⁊ zizāia q̄d nos loliū appellamꝰ. q̄ꝫ diu herba est. necdū calamꝰ ꝑuenit ad spicā grādis siliꝫ tudo est. ⁊ in discernendo aut nulla. aut ꝑ difficilis distātia: C. Aui. Zizania fm duas res ab hōibus dr̄. Quidā em̄ zi zaniā vocāt granū sil'e frumēto ex q̄ faciūt panē. ⁊ dicūt q̄ꝫ zizania pluris ē. Alij vero rem q̄ndā inebriantē malā q̄ in gn̄is ꝑue nit. Melior est illa q̄ est leuis pōderis: nō vetus nec frāgibilis. ſꝫ viscosa cū mastica tur declinās ad rubedinē. ⁊ in ip̄a est pō ticitas pua. D. Pli. li. xxij. Infelix di ctum est a vgilio loliū hoc tn̄ mollitū. ex a ceto coctū ⁊ impositū sanat impetigines: eo celeriꝰ q̄ sepiꝰ mutatū est: Medet̄ ⁊ po dagre. ceterisqȝ doloribꝰ cū oximelle. Cu ratio hec a ceteris differt. aceti sextario v no dilui. mellis. Z. ij. iustū est. ita tꝑatis se xtarijs tribus decocta fariā lolij. sextarijs duobus vsqȝ ad crassitudinē calidūqȝ in poni ip̄m dolētibꝰ mēbris. Eadem q̄ꝫ fa rina extrahit ossa fracta.



Ca. cccccxviij.

Ringus. Pandec. ca. lxiiij. Astaru ticon ara. vel secacul. gre. biomon


latine vero centū capita vel yringus. Nō est autem affodillus. vt quidam dixerunt sed vocantur due plante. quarum vna est yringus. vt patet p Serapionē proprio capitulo. Et alia est vna alia herba q̄ sibi satis similatur. Item Plinius post sermonem de yringo ex his inquit. scz yringum candidum quem centum capita nomināt omnes effectus eosdem causat. ꝛ radices in cibis grecorum recipiunt̄ siue crudis siue coctis. vt dyascorides cap̄. de yringis. Preterea in antidotario virili in quodaꝫ antidoto quod incipit antidotum q̄d facit epilenticis recipiant̄ ꝛ centum capita ꝛ affodilli quare non sunt idem.

## Operationes.

A Serapion li. aggre. ca. Astaruticō. id est centum capita. Alia est celesti coloris. ꝛ alia albi coloris. Sꝫ q̄ est celestis coloris est herba hn̄s stipitem duꝝ ꝛ asperū et in summitatibus eius est flos glaucus similis flori camomille. et aliquis ex floribus habꝫ colorem purpureum. ꝛ habꝫ folia scissa ꝛ capitella similia stellis sꝫ folia que sunt in ramis tendunt ad lōgitudinē ꝛ habet velut pilos. B Et idem auctoritate Gal. Traxit nomen ab eo ꝙ curat apostemata. quando fit emplastrum deforis cum ea. aut suspenditur sup ipsa. Uirtus eius infrigidat. ꝛ desiccat nō fortiter. ꝛ maxime dum est recens. Sꝫ centū capita albi coloris est yringus. Et est species spine ꝛ sumitur folium eius cum sale conditum in principio sui augmenti.

C Et folia eius sunt folia aspa aromatica in summitate quando gustant̄. Et in summitatibus eius sunt capitella rotūda sicut sunt stelle. ꝛ ī circuitu eorum sunt spine ꝛ stipes. ꝛ stipes eius est durus. ꝛ color eius capitelloꝝ est similis colori oleandri ꝛ fortasse aliquando sicut color iacincti. ꝛ habet radices lōgas nigras deforis intus albas in grossitudine pollicis. b ōi odoris. nascitur in locis arenosis ꝛ aspis.

D Et idem aucto. Gal. Uirtus eius ē composita quia infrigidat ꝛ resolvit resolutione pauca. E Paulus cap̄. de yringo. Yringus secacul aut yringiō. herba est spinosa radix eius cum aliquali aromaticitate cōmedit̄. ꝛ conficiuntur cum melle et zuccaro radices predicte ꝛ cōmeduntur. F Dyascorides caplo de yringo. Yringus aut yringion aut nyragrestis. herba est spinosa folia eius in initio cōmeduntur. ꝛ in sale ꝑponunt̄ q̄ folia lata ꝛ aspera sunt gustum aromatis habētia q̄ cum creuerint obrufum colorem hn̄t cum multis virgis in quibus sunt capitella rotūda spinosa. bastam hn̄t durā in giro ꝛ q̄nq̄ʒ albam. ꝛ viridem cum colore ia cincti. G Et radix est illi oblonga ꝛ nigra deforis. deintus alba aromate plena. nascitur in locis lapidosis ꝛ campis ꝛ littoribus. Radix eius habet v̄tutem calefactiuam. H Aui. li. ij. cap̄. secacul. Secacul est ca. in. ij. ad humiditatē quandam tendens ꝛ in ip̄o est leuitas. ꝛ v̄tus eius est sicut v̄tus baucie. Yringus ꝛ maxime radix eius cruda ꝯmesta curat gomorream. I Sera. aucto. Dyas. Folia huius plante ꝯferunt inflāmatiōi stomachi ꝛ apostematibus oculi. ꝛ alijs apostematibus calidis. K Et quidā dicūt ꝙ flos huius herbe cuius color est purpureus. si bibat̄ cum aqua confert squinātie et epilentie que accidit infantibus. quando fit emplastrum cum ea humida cōfert apostematibus lumboꝝ calidis. L Et dicunt ꝙ si ille qui habet apostemata in lumbis suis accepit florē eius siccū cū manu eius sinistra ꝛ posuerit sup apostemata. sedat pulsationem eorum. M Et idem auctoritate Dyas. Qn̄ bibit̄ succus eius radicis qui est albi coloris prouocat vrinam ꝛ menstrua. Dissoluit tortiōes ꝛ inflationes stomachi. ꝛ quando bibitur cum vino. cōfert dolori epatis ꝛ morsibus venenatis. ꝛ quādo fit cum eis emplastꝝ resoluit exteriora apostemata. aut quādo suspendit̄ super ip̄a. sicut q̄dā putauerūt N Auicenna. Secacul habet v̄tutem baucie. ꝛ excitat appetitū coitus. Et loco eius ponit̄ buziden siue buzeyden. q̄d invenies. in caplo. lxxiij. superius de B.







Ca. cccccxix.

Ydropiper.i. pip montanū vel pf perasiz. Dyas. ca. ydropip ẜm trāslatōez grecā. nascit᷑ locis hūidis. cuius vga ē nodosa. in qbus nodis nascū tur folia q̄ nodas ītra se 7 gradus hñt. huius fo. mentastro similia sunt: ꝫ maiora 7 molliora 7 albidiora gustu acerrima sicut pip. ꝫ nō talis odoris. cᵘ semē in ipis vgis minutum existit 7 spissum sicut botrus.

Operationes.

A Semē eiᵘ cū folijs cataplasmatibus adhibitū duricies et tūores spgit. et liuores lipidat siccū 7 tritū p pipe misceri pt. B Radix eiᵘ inutil᷑ est. herba cū seīe cataplasmate fcō 7 īposita ypopias tollit. 7 duros hūores spgit: ruborē facit corpori. C Sal᷑. viij. sim. far. ca. idropip ẜm trāslationē grecā. Ydropip vocatū qdē ē sic a locis ī qbus nascit᷑: 7 ab eo q̄z hꝫ gustum ad silitudinē pipis. ē āt ca. ꝫ nō q̄ntū pip q̄nimo viridis hec herba cū fructu 7 cataplasmā ypopias. 7 scliratos hūores apit. 7 dyasorat.

Ca. cccccxx.

Inguirialis ł stellaria latīe. grece asterion ł aster acticᵘ ł bubonium ꝑli. ca. asteriō: nascit᷑ ītra petras 7 loca aspa. Ꝭ herba nocte tanq̄ stella ī celō lucꝫ a deo vt eā vidētes ignorātes putent se fantasma vidē a pastorib᷒ maxīe videt᷑ Paul᷑ ca. ca. aster ł asteriō. ē qdā herba radiata vt stella. folijs oblongis duab᷒ aut trib᷒ ī acūie capitella stelle mō radiata.

Operationes.

A Sal᷑. vj. sim. far. ca. aster acticus siue īguirialis. Alij vo buboniū vocāt qḋ nō solū supplasmatū. ꝫ etiam ꝑpinatū credit᷑ bubones sanare. hꝫ āt q̊d dyasoreticū. hꝫ etiā nō minᵘ refrigeratīm q̄d 7 repcussi. vt mixte sit potētie sicut rosa non tñ sic stipticat. B Et idē eoḋ li. magis īstra caꝑ buboniū siue aster acticᵘ siue inguirialis nōiatᵘ ē. ex eo q̄ credit᷑ ꝑferre bubonib᷒ tā cataplasmatū q̄ assumptū. C Est āt mediocriter diaforeticū eo q̄ mediocriter ē ca. 7 neq̄ vehemēter neq̄ ītēse desiccat. maxīe āt cū adhuc tenerū ē 7 rcēs dcm̄ ē pᵘ.






¶ Ca.ccccc.xxj.

Hypoquistidos id est succus eius qđ oritur ad pedem rose canine l' barbe hyrcine: Pro quo lege capitulũ clxij. supius de E.

¶ Operationes.

A ¶ Dyascorides. Stringit enim vehementissime. vnde veneris profluuium ⁊ sanguinis abundantiam reprimit sine mora B ¶ Sunt autem due species. Una est flaua id est subrufa ⁊ alia alba. quas greci ypoquistidos vocãt. eo q in radice herbe dicte nascatur. vt apparet similiter in caplo Edera arborea. Cuius succ' exprimitur et reponitur valet ad eadem ad q̃ licium ⁊ accatia. Paul. Fri: ẽ ⁊ sic. i. iij. g.

¶ Ca.ccccc.xxij.

Hypoglossos. i. ligua eq ⁊ vocat̃ alio nomine mirta agrestis.

¶ Operationes.

A ¶ Dyas. Frutex est mirte agrestis simil' folia hñs minuta. ⁊ comã spinosã: q fo. in sũmitate sunt sicut lingua cũ ramulis minoribus circa eadẽ fo. hãc phibẽt multi collo ligatã. dolorẽ capitis tollẽ. Malagmatibus miscet: B ¶ Pla. Ypoglossaȝ dicunt allexãdrinã folia hȝ oximirsino similia: ȝ maiora ⁊ albidiora ⁊ molliora. Semen in medio folioꝝ ei sanguineũ est ⁊ tã q̃ cicer. v̈gas duobus palmis. aut modicũ pl' hȝ lõgas. radicesq̃ siles mirsine. ȝ maiores ⁊ odoratas molles ac rubeas. C ¶ Nascit̃ aũt i locis mõtuosis: vt' ei' radicis tm̃ existit. q̃ cũ vino dulci bibita diu pturiẽtib' subueñit Strãguiriosis etiã medicialiter pficit. ⁊ sãguinẽ p vrinã depõit D ¶ Pli. li. xxvij. Ypoglossa hȝ folia silue stris mirti figura ɔcaua ⁊ spiosa: ⁊ ceu linguas in his folio paruo exeũte de folijs.



## Ca. ccccc xxiij.

Sparagus siue asparagus latine ⁊ gre. ara. naliō vel baliō. Sera. li: aggre. ca. naliō auct. Gal. i. ʒparagus: v̄tus ei⁹ ē q̄ desiccat. ſ3 nō h3 frigiditatem neq3 caliditatē3. ⁊ abstergit. ⁊ aꝑit opilatōe3 epatis ⁊ renū. ⁊ ꝓpe ſem̄ ⁊ radix

## Operationes.

A Sera. Zparag⁹ curat dolorē dentiū q: ſiccat ſine calefactōe ⁊ īfrigidatōe. B Et idē auc. dyaſ. Qñ elixat̄ vna ebulitione ⁊ ꝯmedit̄ mollit ventrē. ⁊ ꝓuocat vrinā: C Et qñ coquit̄ radix ei⁹ et bibit̄ decoctō ipi⁹ ꝯfert ſtrāgurie ⁊ ycteritie ⁊ ſciatice. D Et qñ coquit̄ ī vīo ꝯfert decoctō ei⁹ morſui rutele E Et qñ ex decoctōe eius fit collutō oris ꝯfert dolori dentiū. ⁊ ſemē ei⁹ qñ bibit̄ facit oꝑatōs radicis F Et dr̄ ꝙ elixatā ei⁹ occidit canes. ⁊ dicūt aliq ꝙ qñ cornua arietū ſepeliunt̄ ī terra naſcunt̄ iñ ſparagi G Et idē au. abē me. ꝓpetas ē remouē dolorē lūboꝝ q fit a flegīte ⁊ vētoſitate. ⁊ dolorē colice. q: mollit ventrē. ⁊ ſi h ō vtit̄ eo multū facit nauſeā. H Gal. ij. de cib carde ʒparago. ait ꝙ ſūt diuretici modicū būtel nutrimēti. ⁊ non bñ digerunt̄. I Et idē. vj. ſim. far. ca. ʒparag⁹ ē abſterſiue virtutis nō tñ calefacit māifeſte neq3 infrigidat: K Et ideo tā renū ꝙ̄ epatiſ deopilatiu⁹ ē. ⁊ magis radices ⁊ ſeīa ꝙ̄ herba qm̄ etiā ſanat dolorē dētiū qm̄ ſine calefactione deſiccat. qꝝ egēt maxīe dentes.



## Ca. ccccc xxiiij.

Zeduar. Aui. Zeduar melior ē illa q̄ cū napello creſcit ⁊ ei⁹ vicitas plantā napelli debilitat.

## Operationes.

A Eſt ātiriaca venenoꝝ oim̄ viperi ⁊ napelli ⁊ alioꝝ. B Raſi. Zirūbet. i. zeduaria ca. ē ⁊ ſic. ventoſitate3 diſſoluit. C Conſtan. in li. g̃. Zeduar ca. ē in. iij. ſic. in. j. valet ꝯ venena ⁊ morſus reptiliū. ſtōm curat ⁊ ꝯfortat; appetitū excitat: Putorē oris amputat. ſi poſt allia accipiat̄.

D ❡ pla. Zeoduar ca. ē in. iij. g. sic. in. ij. Uinū decoctōis ei9 ꝯ frigidā tussim valz. 7 ꝯ dolorē stōi 7 itestinoꝝ ex frigiditate et vētositate. E ❡ Balsamentū ex eo fcm̄ 7 rore mario 7 pāe asso 7 aceto appetitū excitat Suppositoriū ex eo 7 trifera matricē calefacit 7 mūdificat. F ❡ Pand. cap. d cc xij. Zedoaria la. gre. zerūbet. Radix ē cuiusdā herbe ī trāsmaris ptib9 īuēta. ca ē vtutis 7 viscide. G ❡ Uñ lūbricos occidit. ructū facit. 7 stō aptū. c9 dolorē antiquū ieiune sūptū masticatōne tollit. H ❡ Paul. ca de zedoaria. ca. ē i. iij. g. sic. in. ij. radix ē c9dā herbe q p. x. ānos fuat. Uinū decoctōis ei9 ꝯ tussim fri. facit. 7 ꝯ dolorē stōi 7 intestioꝝ ex vētositate l' fri. suppositoriū fcm̄ ex eo facit vt s dcm̄. I ❡ Sera. li. aggre. ca. zerūbet. i. zeduaria 7 sūt radices rotūde sil'es in sapore 7 colore zīziberi 7 afferr de seni. K ❡ Abē mesu. Est ca. 7 sic. in. ij. g. 7 impiguat impiguatōe ꝯueniēti L ❡ Et dixit Bedigoras. Cōfert morsui venenosoꝝ. M ❡ Aui. de virib9 cordis dicit q est ca. 7 sic. in. iij. gradu. 7 habet confortare cor.



## ❡ Ca. ccccc xxv.

Zinziber latine. ara. zinziber dr̄ tengibel. Sera. li. aggre. ca. tengibel aucto. dyas. Est arbustū qd repit in terris arabū. 7 hōies illi9 terre vtunt foliis eius ī multis reb9 sicut vtimur ruta in cib 7 potib9 7 decoctōib9 7 aliis. 7 radices ei9 sunt pue. sic radices cipi. q color vsus albedinē decliat. 7 sunt sicut nuti late. et i sapore eaꝝ ē delectabilitas. 7 silitudo saporis pipis. 7 hñt bonū odorē. 7 oportet q eligant ille q nō sunt pforate Et qdā sunt q ꝯdiūt zinziber cū melle. 7 qdā cū rob. Et qdam cū aq̄ 7 sale. 7 hoc ne putrescat. 7 sic ponūt in terreis vascul. vt deportet ad ptes romanoꝝ. 7 ē ꝯueniēs in cib 7 ꝯmedit in piscib9 7 sale. Gal. vj. sim. far. ca. de zinzibere fm translatōem grecā. Radix hui9 plāte defert ad nos ab india. 7 est illud in q est iuuamentū. Et vtus ei9 ē calefactiua caliditate forti cū hūiditate. pter hoc accidit ei q corrodit 7 putrefit cito. qm̄ i eo est humiditas superflua.

## ❡ Operationes.

A ❡ Paul. ca. de zinzibē. Zinziber est ca. in. iij. gra. hu. in. j. Uinū decoctōis ei9 7 ficuum siccaꝝ 7 passulaꝝ valz ad frigidam tussim. 7 spūaliū frigiditatez. Si etiā puluis ei9 in ficub9 ponat. 7 sic ꝯmedat B ❡ Puluis ei9 in cib ꝯfectus 7 exhibit9 sincopizantib9 ꝯfert. p bienniū fuat. Et est domesticū 7 siluestre. Domesticū est qd karopos colore sapore vehemēti acuto solide substātie. dōesticum vo subalbidū acutū hz saporē. sz nō adeo vehementē. nec sbaz adeo solidā. Uñ cū frangunt ptes sibi coherēt qbusdā ramusculis. In siluestri vo raro vel nūq̄ sic īuenit. C ❡ Aui. Zinziber sil'r est pipi in naturis suis. sz nō est ī eo illius subtilitas. 7 accidit ei vt corrodatur pter hūiditatē suā supfluam. pter hoc etiā 7 pter spissitudinē suā calefactiō ei9 durabilior est calefactōe pipis. Est āt ca. in fine. iij. 7 sic. in. ij. D ❡ Ysaac. Ziziber ca. est i. iij. g. hūiditatē hz licz sensui nō appz. h testificat q putredi appat ē.

Utilis est frigidos stomachos hñtib⁹ vẽtrem soluit hũiditatẽ: desiccat digestiuaz ṽtutem adiuuat. ventrẽ humectat. ❡ E Razi. Zinziber ca. est ꝛ hu: Cibũ digerit. Uentrez mouet: stõacho ꝛ epati frigidis ꝯfert. ꝛ oculis ex hũiditate obscuris. ❡ F Constan. Zinziber ventrẽ humidũ facit ij. ʒ. de eo. ꝛ. ij. ʒ. zuckare cũ ca: aq̃ accepte viscosos hũores purgãt: G ❡ Cõditũ libidinẽ augmentat. stomachũ calefacit Cibũ digerit. supfluã hũiditatẽ stõachi de fructibus desiccat: p q̊ pip albũ ꝛ longum poni debꝫ H ❡ Macer. Zinziber atq₃ pipe q̄lia nã medicine: Sicũt hac cã taceo de viribus huius.



## ❡ Ca. cccccxxvj.

Zirnabum Pandecta: ca. d cc xvij. Zirnabũ est arbor magna non fructificans in monte libano de seni: cui⁹ ṽgulta sunt pua rotũde figure. hñs p uã ğssiciẽ calami cũ q̊ scribit̃. nig̃ ad citrinitatẽ declinãtia q̄ nõ hñt multũ saporez: neq₃ odorẽ ꝛ modicũ. q̊d hñt de odore est odor citri. Est ꝛ eius ṽtus nucis muscate ꝛ est subtilior parũper.



## ❡ Ca. cccccxxvij.

Zirumb siue zirũbet arabice: grece circũquinẽ l' canch. Sera. li. aggre ca. zirumb. Zirũb ẽ ex spẽbus odoriferis. ꝛ. ꝑpter hoc admiscet̃ i ꝯfectionib⁹ aromaticis: Et idẽ auc: Sal'. Est ca. ꝛ sic. ꝑpe terciũ ğdũ: ꝛ est in ṽtute sua sil'e cassie lignee et cubebe. Et idẽ auc. Cõsodonij. Si nõ hẽs cinamomũ põe ꝓ eo zirũb: Et idẽ aucto: Ysaac eben arã. Zirũb ẽ arbor mag̃ q̄ nascit̃ i mõte lubue. i. ĩ oriẽte nullũ faciẽs fructũ hñs fo: lõga. q̊ꝝ color ẽ inter frigiditatẽ ꝛ citrinitatẽ sil'ia folijs salicis

## ❡ Operationes.

A ❡ Ysaac: Resoluit ꝛ stringit ventrem. B ❡ Et idem aucto: Mesarugie Uirtus eius est sicut virtus nucis muscate. verum tamen est subtilior ea C ❡ Et qñ fit sternutatoriũ cũ eo ꝛ oleo violaceo ꝯuenit dolori capitis frigido ꝛ humido ❡ D Et ꝯuenit stomacho ꝛ epati ꝑpter suam aromaticitatem.





## Ca.ccccc xxviij.

Mnirmon s͂m dyas. s͂m trāslatōem grecā. nascit̃ in mōte anamō vgas hʒ sil'es apio ꝛ rāos plurios. ꝛ fo. similia ei lata sup terrā spāsa. fortiora ꝛ pinguiora ꝛ odorata cū viscitudīe: color ē ille mellin⁹. ꝛ sunt ei capitella aneto sil'ia. ꝛ semen obrotundū sil'e caulicl'o nigꝛ viscidū ꝛ mire h̄ns odorē. Radix ei⁹ viscida ē ꝛ odorata ꝛ mollis succū plurimū h̄ns. ꝛ fauces mordēs. Coriū ē illi a foris nigꝛ ꝛ itus viride aut subalbidū. nascit̃ ī locis aspis. ꝛ h̄ūectis. virt⁹ ē radici ei⁹ ꝛ sei ꝛ herbe ca.

### Operationes.


A Dyas. Ei⁹ fo. ī sale ꝯponunt̃ vētrem strigūt. B Radix ei⁹ venēis occurrit tuilīētib⁹ ꝛ ortonoicis. vrinā ꝓuocat. C Fo. ei⁹ cataplasmatib⁹ adhibita tūores ꝛ duricies spargūt D Radix ei⁹ sil'r facere p̄t. semē ei⁹ vrinā ꝓuocat E Nefreticis ꝛ spleneticis ꝛ dolori vesice maximum p̄sidiū est. menstruis imp̄at F Secundinas expellit.

## Ca.ccccc xxix.

Musa siue musa grece. Ex sinonomis Muza est fruct⁹ padisi: vt dicunt q̄dam. in q̄ ꝯtr. edēdo peccauit adā: Sʒ alij veri⁹ dicūt q̄ peccauit ī ficu. Fert̃ āt muza crescē ī babilōia: alio q̄ʒ nōie muza est opiata. Ysaac. Muza ē ca. in medio p̄mi gradus: ꝛ h̄ūida in fine ip̄i⁹.

### Operationes.

A Ysaac. Muza cerebꝛ h̄ūectat ꝛ vētrē pectoris ꝛ pulmōis ledit asp̄itatē Est aūt nutrimēti multi ꝛ g̃ssi. Que aūuēta: g̃nat stomachi grauitatē: ac splenis et epatis opilationē Vn̄ q̄ eā mādūcant p⁹ ei⁹ ꝯmestionē ʒinʒiber ꝯditū l' oximel accipiant si tñ frigide nat̃e sunt. C Aui. Muza nota est. nutrit velociter ac lenificatiua est: B Multitudo ei⁹ g̃nat opilatōes. ꝛ addit in colera ac fleḡ te s̄m ꝯplexiōes. E Cōfert adustioni ignis. gutturis ac pectoris F Stō q̄dē ꝯueniēs ſʒ multitudo ei⁹ valde ḡuis ē. Augmentū in sp̄mate facit ꝛ vrinam ꝓuocat.



## Ca.cccccxxx.

Zuccaꝝ. Actor. Zuchara ꝛ candi (vt fert) vltra mare ⁊ ĩ hiſpãia oꝛtũ hñt ex cãnis q̃ zuckarie ↄgnõiant. Oꝛit eñ zuccara ĩtra cãnã. ſicut medulla ĩtra ſambucũ vl' arũdinẽ. Sera. li. aggre. ca. zuccaꝝ au. Gal. pma ei⁹ ṽtus ẽ q̃ ſiccat Scđa q̃ abſtergit ꝛ reſoluit. Et dixit Gal' de ingẽio ſanitatis q̄ ingredit̃ in medicĩſ q̃ aperiũt opilatões ꝛ abſtergũt ꝛ mũdifi cant vias. ꝛ ẽ lõginquũ a nocumẽto ſtõi. ꝛ ab eo q̄ facit ſitim ſicut mel. ꝛ efficit̃ p exp ſſionẽ cãnaꝝ. ꝛ ſucc⁹ eaꝝ coagulat⁹ vocat̃ zuccaꝝ. Et idẽ aucto. dyaſ. Eſt ſil'r zuccaꝝ ſpẽs q̃ eſt ex ſpẽb⁹ mell'. ꝛ vocat̃ mel cãne. ꝛ ẽ illud zuccaꝝ q̄ ẽ ita pigue q̃d nõ ĩdurat̃. ſ; remanet liq̃dũ ad modũ mell'. ꝛ cũ plus moꝛat̃ dureſcit. c⁹ ſba coagulat̃ ſup cãnaſ in india ꝛ arabia. ꝛ cũ pl⁹ moꝛat̃ dureſcit: cui⁹ ſba ĩdurata ſit at̃ ſbe ſal. ꝛ frãgit̃ ſub dentibus ſicut ſal: ꝛ vocat̃ ſal indum.

### Operationes.



A Sera. Zuccaꝝ indũ q̃n reſoluit̃ ꝛ bi bit̃ ſoluit vẽtrẽ: ꝛ eſt bonũ ſtõ Cõfert dolo ri veſice ꝛ renũ. ꝛ abſtergit obſcuritatẽ vi ſus. B Idẽ auc. Abẽ meſ. Eſt ca. in pncipio ſcdi g̃. hu. in medio pmi. ꝛ tl'e zuc caꝝ ſic coagulatũ ſup cannã. ẽ q̃d affertur ab egẽ ſm fruſta ſic ia fruſta ſal' C Et eſt etiã zuccaꝝ tabarzet. i. de rgione illa q̃ fit zuccaꝝ albũ puꝝ ꝛ bñ coctũ. q̃d nõ mol lificat̃ ſicut ſal armeni. D Eſt ſimil'r zuccaꝝ aluzar ſm Aui. li. ij. ca. de zuccaro Zuccaꝝ aluzar ꝛ ẽ ros cadẽs ſup abuſaz. ꝛ ſunt ſicut fruſta ſalis. ꝛ ĩ ipo ẽ põticitas ꝛ amaritudo cũ abſterſiõe ꝛ rſolutõe. acuit viſum ꝛ ↄfert renib⁹ ꝛ veſice. E Et ẽ aliud zuccaꝝ amaꝝ q̃d colligit̃ in planta hauſer. F Paul. ca. de zuccaro. Zuc caꝝ eſt ca. ꝛ hu. in. j. g̃. ṽtutẽ h; nutriẽdi ꝛ ĩfrigidãdi ꝛ relaxãdi. ↄ doloꝛẽ oculoꝝ di ſtem pet̃ zuccaꝝ cũ lacte mulieris. et diſtil latur in oc'lo ꝓbatũ eſt. G Aui. li. ij. ca. de zuccaro. Zuccaꝝ ẽ vehemẽtioꝛs le nificatõis. ꝛ ſedat ĩflatõez. ꝛ cũ ol'o amig dalino ↄueĩt colice. H Serap. Peni die ſunt ca. ꝛ hu. in. j. g̃. Molliũt ventrẽ. ꝛ ſunt g̃ſſioꝛes zuccaro I Dyaſ. Ex zuc caro cõficiunt̃ penidie q̃ꝝ ṽtus fri. ẽ ꝛ hu. Arteriaꝝ aſpitatẽ ↄmeſte leniunt. Oꝛis ꝛ gutturis amaritudinẽ ꝛ fell' tpant. Sicce tuſſiẽtes hũectant. K Conſtan. in pã tegni. Zuccaꝝ tpatũ. ſ; tñ aliq̃liter calidũ Hui⁹ actio melli vicinat̃. Cũ farina coctũ ĩdigeſtiuũ ẽ. Cũ ol'o amigdalĩo nutritiuũ S; epatis ↄſtipatõem facit ꝛ in renib⁹ la pides. L Ex li. de natura reꝝ. Zucca ra ca. ꝛ hu. Sũt ãt cãne in ptib⁹ hiſpanie. q̃ cũ matẽ fuerĩt radicib⁹ euellunt̃. earũq; ſũmitates ad mẽſurã duaꝝ palmaꝝ abſci ſe ad ſpẽz gemmis terre infigunt̃. Reliquũ ṽo cãnaꝝ p fruſta ſciſſũ terũt. ꝛ liq̄rẽ ĩ vaſ̃ rcipiũt ac bulliũt. cũ tot⁹ in ſpumã trãſire videt̃ exhaurit̃: ꝛ ĩ vaſ̃ rponit̃ paleaq; co operit̃ ꝛ ſup aſpgit̃. Citrinũ ãt remanet ꝛ m'lto calidi⁹ ẽ. ꝛ ob hoc ĩ acutis põi nõ d; Albũ vero frigidius eſt ꝛ laudabilius. ꝛ cõtra doloꝛem pectoꝛis valet.

Hec de herbis ꝛ arboꝛibus ꝛ q̃ ex his ad vſum medicine ↄcurrũt ſufficiant.

# Tractatus de Animalibus vitam in terris ducentibus





## Prologus.




Quoniam in prioribus di
uino nobis assistente auxi
lio. primum p̄sentis op̄is
tractatum de herbis vide
licet: ⁊ qualiter ad medici
nam adminiculantur bre
uiter expediuim⁹. Restat
nunc eiusdem interueniēte auxilio vt ad
secundum tractatum. qui de animalibus
erit. aciem nostre mentis vertamus. ī quo
quidem (dum summa dei bonitas vt spe
ramus haut deerit) naturas ꝯplexionesq̄
⁊ si quid medicine subseruiunt animaliū.
vitam in terris agentium explicare cura
bimus. Quia autem inter omnia anima
lis dignissimum. nobilissimum. p̄fectissi
mum. Necnon a deo dilectissimū est ho
mo. Primo loco de hominis natura eius
complexione acq̄ v̄tute dicamus.



## Ca. Primū.

Homo. Ysidorus. For
mauit ḡ (sicut scriptū ē)
dominus hominem in
agro damascēo de limo
terre quātum ad corpus
Unde ⁊ adam interpre
tatur terra rubea siue ter
renus. Erat corpus illud immortale non
de conditiōe nature sed de benefitio gra
cie. Nam eius ī mortalitas erat sustentan
da per esum ligni vite. Erat itaq̄ potens
non mori si nō peccaret. quia de ligno vi
te sustentaretur. ⁊ potens mori si peccaret
quia ligno vite priuaretur sicut ⁊ factum
est. Ysidorus in libro ethimologiarum.
xj. Corpus dicm̄ est eo q̄ corruptum perit.
solubile enim atq̄ mortale est. ⁊ aliquan
do soluendum. Caro autem a creando est
appellata. Caro autem ex quatuor elemē
tis compacta est. Nam terra in carne est.
Aer in anhelitu. Humor in sanguine. Ig
nis in calore vitali. Habent in nobis ele
menta suam queq̄ partem: cui quid debe
tur compage resoluta. Uitrubius in li.
tercio de architectura. Corpus hominis
ita natura composuit. vt os capitis a mē
to ad summam frontem ⁊ radices ymas
capilli esset decime partis. Item manus
palma ab articulo ad extremū mediū di
gitum tm̄dem. Ipius āt oris altitudinis
tercia p̄s est ab ymo mēto ad ymas naris
Nasum ab ymis naribus ad finē mediū
sup̄ciliorꝫ tm̄dem. ab eorꝫ aūt fine ad imas
radices capillorꝫ frōs efficit̄. Reliq̄ quoq̄
mēbra suas hn̄t ꝯmensuratōes ⁊ ꝓportio
nes q̄bus etiā antiq̄ pictores ⁊ statuarij
nobiles vsi magnas laudes sunt assecuti.
Corp̄is āt centrꝫ naturaliter est vmbilicus
Nam si homo collocatus fuerit supinus
manibus ⁊ pedibus pansis circiniq̄ cen
trum in eius vmbilico collocatam circum
agendo rotundationem vtrorūq̄ manuū
⁊ pedum digiti tangentur. Item q̄drata
designatio in eo inuenit̄. Nā si a pedib⁹
ymis ad summū caput mēsuraueris. inue
nietur eadem latitudo vti ⁊ altitudo. Ex





ysagogis ypocratis. Corpus quidem hominis in tres partes generales dividitur scilicet caput pectus et pedes. In particulas autem multas. Specialiter autem cōstat de venis et arterijs: et neruis. et ossibus cartilaginibus adipibus et ceteris spiritibus. Notandum quod omnia corporis ossa sunt. ccxlj. Septē capitis: iiij: paria. xiiij. maxillaria dentiū eius. xvj. vnū pali. duo menti dentium suorum. xvj. Spondiles: xxiiij. Coxarum: iij: Ani. tria. Coste. xxiiij: Teneritudinū octo. Spatularum duo. Inferiorum duo. Pectinis ī manibus: viij. digitorum. xxx: Ancharum duo. Calcanearum duo. Maniculorum. ij: Rasce pedum: x. digitorum: xxx. Ex ysagogis ypocratis. Sunt autem in humano corpore ossa. cc: xxiiij: In capite. vj. In facie. viij. Dentes plerūque. xxxij. Spōdilia. i. ossa spīe. xxiiij: Inguli. ij. Vertebrarum: ij. Femorum. ij. Pale. ij. Pectoris. j. Laterum. xxiiij. Cubitorum et radiorum: iiij. Carpon: vij. Metacapon: viij: Digitorum manuū: xxx. Coxarum. ij. Femorum. ij. Vertebrarum. ij. Geniculorum. ij. Crurium radij. iiij. Plantarum. lxv. Calcanei: ij. Astrāguli: ij. Digitorum pedum. xxx. &c. Constantinus. Mēbra diuidūtur prout singula fecit natura proprijs actionibus cōuenientia. Actiones enim sunt tres. scilicet: Animalis: Spiritualis: Naturalis: quibus similia sunt instrumenta corporis. Unde membra virtutem animalem sequētia vocant animata Spiritualem spiritualia: Naturalem naturalia. Animata membra fecit deus in omnibus aīalibus propter sensus et voluntarios motus. In homine vero et propter hoc. et propter intellectum et rationem ea fecit: vt cerebrum: oculos. nares. articulos linguam. neruos atque lacertos. Membra spiritualia facta sunt propter spiracula flatus et caloris naturalis conseruantias. vt sunt pectus: et eius pāniculi: cor et pulmo cum cānalibus suis. fauces et dyafragma et arterie: Mēbra naturalia bipertita sunt quedam enim sunt nutritiua. quedam generatiua: Nutritiua sunt que mittant cibum in substantiam membrorum tocius corporis. Omnia enim humana et bestialia corpora consumuntur ab aere et naturali calore: Ideo necesse est vt ad conseruātiam et integritatem. eorum consumptio cibis reparetur. Itaque nutritiua sunt os: dentes, stomachus: intestina: epar. splen. fel. renes. vesica. vene. Generatiua vero facta sunt vt specificarentur generalia et indiuiduarentur specificata. Nam quoniam omnia indiuidua naturaliter cōsumuntur: necesse est vt per genitalia reparentur. que sunt matrix vel vulua. Uirga testiculi et vasa spermatis. Horum autem trium generum: scilicet animatorum spiritualium et naturalium membrorum singula habent vnum principale membrum. cuius causa facta sunt alia Membra vero consimilia (sicut dictū est supra) sunt partes toti: totumque parti assimulantia: Sunt autem septem. Primū scilicet ossa. Secundū cartilago. cor. nerui. ligamē: Terciū vene. Quartum arterie. Quintum caro. glādes. pinguedo. Sextum cutes et pellicule. Septimum pili et vngle. Ossa itaque sunt durior et siccior corporis pars Ex libro de naturis rerum: Sicut in pariete luteo pali ipsam parietem tenent. ne penitus obruatur sic ossa carnem fragilē stipant ne sua mollicie corpus in vnum improbe conuoluat

Etiam multa hic essent dicenda de vnoquoque mēbro. que cā breuitatis dimitto.

## Operationes.

A Auicenna in secundo canone: Saliua hominis ieiuni scorpiones interficit. Cum eadem et camphora fricatur impetigo: Eadem quoque cum distillatur in aurē vermibus lesam eos īterficit et statim educit. B Sordicies auris hominis cōfert emigrance et pannaritio: Et linit sup fissuras labij C Capilli quoque et dentes et ossa hominis combusta. et alia plura de homine medicinalia sunt: D Itē vrina hominis abstergit scabiem vlcerosam et pruritum: prohibetque serpiginem et impetiginem. Eadem in vase eneo cum melle cocta abstergit albuginem oculi. et

confert palpitationi. Confert etiam ycte ricie. et proprie cum aqua mellis et aq̄ cice ris. Fex eiusdem vrine sanat herisipilam sm quod dicitur. E ¶ Et vrina infan tis abstergit morpheam et pannum. Ead quoqꝫ bibita cōfert difficultati anhelitus et dilatationi. Item vrina hominis prece teris vrinis est magis abstersiua. ponitur enim cum cinere vitis super locum fluxus sanguinis et sistitur. F ¶ Confert etiā morsui vipere bibita omniqꝫ morsui et pū cture valet. et que ex ea antiqua est. cōfert venenis omībus et lepori marino. ¶ G Alia quoqꝫ plura medicinalia operatur. Sperma hominis proprie competit em petigini. et sedat dolorem podagre. Dici tur etiam ꝙ abstergit morpheam. ¶ H Stercus hominis calidum sedat herisipi lam vt dicitur. et forsitan sordiciei confert Idem siccum cum melle aut vino bibitū in febribus periodicis. prohibet eñ eaꝝ periodos. Confert etiam ytericie. ¶ I Dyasco. Fimus huānus vulneribus im positus tumorem non admittit. Succus autem cum melle squinanticos curat. Itē fimus humanus paracolesim facit adbi bitus. Gratum vultum et niueum facit. K ¶ Serapion libro aggre. ca. plo Zebel auctoritate Gal. inquit. Omne stercus ē calidum et resolutiuum attractiuum sed secundum plus et minus. et maxime sterc9 animalis comedētis ossa. et signum est ꝙ curat squinantias et apostemata gutturis et miscetur cum melle ad dissinteriaꝫ et ad vlcera antiqua. Et miscetur cum lacte in quo sunt extincti lapides aut ferrum can dens. et datur in potu. aut fit cristere cum eo. et miscetur cum medicinis resolutiuis appositum. et confert iuuamento magno L ¶ Stercus infantium cōmedētium pa nem et carnes gallinarum curat squinanti am. Cōuenit et ei iuuamento mirabili qñ miscetur cum melle et linitur cū eo guttur et palatum aut datur in potu.



¶ Ca. ij.

Agnus. Ysidorus. Agn9 a greco a vocabulo dicitur quasi pius. nā inter omnia terre animantia ma xime inuenitur innocēs et mansuetus. nul lum eñ ledit dente nec cornu. nec vngue. et quicquit in eo reperitur totum vtile est. quia caro ad cibum pellis ad variū vsum pilus ad indumentum. fimus ad terre im pinguationem. vngula et cornu ad medi cationem. etc. Item Ysidorus libro. xij. La tini agnum ab agnoscendo putant dictū eo ꝙ pre ceteris animalibus matrem suaꝫ noscat adeo ꝙ si ī magno grege errauerit statim balatu vocem noscat parentis. Secundū Arestotilē et Auicennā. Agni quidam nascuntur in tempore vernali. q̄ dam in tempe autumpnali. Vernales sūt corpore maiores robustiores viribus et pī guiores ꝙ̄ sunt autumpnales vel hyema les. Pli. li. viij. In aliquibus tamen regi onibus multi hybernos agnos preferūt vernis. qm̄ magis intersit ante solsticium ꝙ̄ añ brumā firmos esse soluqꝫ hoc anial vtiliter bruma nasci. Idē in li. xviij. Por ro decrescenti luna castrādi sunt agni vel arietes sicut iuuenci et edi acverres. Am brosius. Agnus simplicissimus cū a mre qñqꝫ aberrat frequēter eā balatu absentē

excitat. multisq; licet versetur in milibus ouium. recognoscit vocem parentis & festinat ad eam. Nam q̄uis cibi & potus desiderio teneatur. transcurrit tñ aliena vbera licet humore lactis grauida exundēt. soli usq; materni lactis fontes requirit. Aristotiles. Agnus si renes eius sepo circumquaq; cooperiantur morietur. Palladius libro. xv. Agnoꝝ prima generatio est in mense nouembri. sed agnus natus maternis vberibus statim admouendus est manu. prius tamē exiguum lactis in quo spissior est natura mulgendum quod pastores collustram vocant. hoc em̄ agnis. (nisi auferatur.) nocebit. ac per biduū natus cum matre claudatur. & tunc septis obscuris calidisq; seruetur. Item secluso puulorum grege matres in pascua mittantur. Sufficit autem priusq̄ in mane pcedant. et cum sature reuertuntur ad vesperam. agnis vbera haurienda pmittere. Qui donec firmentur. intra stabulum furfuribus vel medica herba vel (si est copia) farina ordei pascantur ingestum donec pseptis pabulum p etatis robur matribus habere possint cōe. Actor: Agnus est animal oīuṁ simplicissimū & mansuetissimū. quia nec vlla fraude. vel astucia callet. nec vlli dentibus vel cum vnguibus nocet.

Item pacientissimum. Quia & immolādus non clamat. & tondendus silet. Item ad plures vsus vtilissimū. Nam & lac prebet ad nutrimentū. & lanam ad vestimentum. & carnes ad esum. coriū q3 ad calciādum vel ad scribēdum. & fimū ad agrum impinguandum & fecundandum. Est et aīal mundū ſm legē. qr & ruminat & findit vngulā. Lupū vo naturaliter timet & horret & fugit. Merito ḡ & pter p̄dcās tot bōas pperates. voluit xp̄s p̄ oībus bon⁹ ī agno p̄cipue figurari sicut sp̄ūs scꝫ in colūba.

## Operationes.

A Ysaac in dietis pticularib⁹. Agnus q̄dem lactās in viscositate vicin⁹ ē porcis silvestribus pter vicinitatē vulue: & humiditatē lactis q̄ nutritur. pinde caro ei⁹ nō ē laudabilis. qr īdigestibilis. & lubricitate sua de stomacho descendit. Indigestibil' autē p̄cipue. si pmedētes stōm humidum ex defectu habeant Ideoq; Gal. vituperauit lactantes agnos B Annuales vo mediocrē hñt pplexionē inter lactāciū hūiditatē & iuuenū siccitatē Ideo ceteris sunt meliores & ad digerendū faciliores. sāguinē meliorē gñant. maxieq; iuuenes iuuāt ea. & siccā pplexionē hñtes & calidā & siccam regionē inhabitātes: C Ex libro de naturis rerum. Caro agnina robustis et sanis est valde bona. sed infirmis infirma. quia licet a stomacho facile descendat. difficile tamen a membris soluitur Ideoq; viscosum hūorem generat. D Pli. li. xxix. Coagulum agni contra oīa mala medicamenta pollet. & contra marinoꝝ morsus vel ictus valet. E Auicenna. Sanguis agni sanat epilentiam cum vino. Coagulū em̄ eius a venēis & morsuris oībus sanat. F Albertus Medulla agni ad ignē liquefcā cum oleo nucū admixto zuccaro albo distillata sup sambutbū & postea bibita dissoluit lapiō in vesica. & pfert pacietib⁹ dolores in vga & vesica & in renib⁹. & pfert etiā mingenti sanguinem. G Si cū felle agni inūgantur loca corpis in qb⁹ icidit cācer cōfert māifeste. Si vis remouē morbū oviū iterficientē eas. accipe ventrē arietis & coque cū vīo & admisce cū aq̄ & da ovib⁹ in potu & remouebitur morbus.



## ¶ Ca.iij.

ARies. Ysidorus libro. xij. capitulo primo. Est autem aries dux et princeps ouium. et ideo dedit ei natura fortitudinem ceteris ouibus prestantiorem. Decuit enim arietem ducem ceterarum ouium et tutorem alijs esse viribus fortiorem. Et ideo vt dicit Ysidorus. Aries autem veruex a viribus est dictus eo quod tanquam vir ouium. Uel vt idem dicit. Ueruex a verme est dictus eo quod habeat vermen in capite cuius pruritu excitatus caput concutit fortissime. et quicquit sibi obuiat diu referit. et ideo aries grece quod dicitur vrus latine est vocatus. quia in gregibus masculi dicuntur arietes. quia ad fecundandas oues virtuosi sunt atque fortes. Nam corporis magnitudine et virium fortitudine et animi virtute oues alias preexcellunt. Dicitur etiam aries ab aris. quia vt dicit Ysidorus Hoc pecus primum fuit in aris a gentibus immolatum: Unde dicitur ideo aries quia mactatur ad aram. Unde secundum legem Moysaycam. Aries fuit animal potissime mundum. et ad sacrificium et ad esum. Nam pro peccato illo a populo conuenienter offerebatur. et quia findebat vngulam pariter et ruminabat indifferenter a populo comedebatur Item Pli. li. viij. cap. xlvij. Arietis inquit naturale est agnos fastidire et oues senectas sibi obuias consectari: Nam ipse melior est et vtilior in senecta: tamen respectu ouium ferox fit animo. Tempore amoris pugnat pro vxoribus suis et aduersarios cornibus impetit. et vt melius pugnet et fortius contra resistentem retrocedit ac resiliendo cum impetu hostem ferit. De arietibus etiam dicit Auicenna: Arietes inquit et capri vadunt multum in vnum. et in hyeme non se abscondunt propter frigus. et aliquando exeunt de loco calido ad locum frigidum. et quando pluit quousque moriantur. et arietes naturaliter sequuntur capras et quiescunt omnes quousque pastor accipit vnum ex eis et facit ipsum antecedere et sequuntur alij. et timent naturaliter tonitrua sicut oues. que si impregnate fuerint et audierint tonitrua abortiunt pre timore. et ante mediam noctem stant simul cum ouibus et dormiunt: et post sparsim. et in dormiendo super latus alternant per vices. nam a vere vsque ad autumpnum dormiunt in vno latere. deinde vsque ad ver dormiunt in latere altero. Ysaac in dietis particularibus inquit. quod arietes et capri sicut et cetera animalia propriam habent vocem per quam se clamant et vocant feias tempore coitus et amoris et potantes aquam salsam anticipant coitum et citius mouentur ad amorem: Et quando arietes senes mouentur citius ad amorem et coitum quam iuuenes in tempore determinato signum est bonitatis temporis in anno illo. Et si in illo tempore excitentur iuuenes ad amorem signum est pestis future super oues in anno illo. hoc idem dicit Aresto. et Aui. Arestotiles. In libia cito apparent cornua in capitibus arietum et (vt ait Humerus) cornua sunt etiam in capitibus feminarum arietum. Apud septentrionem vero non habent arietes cornua in quodam loco. Animalia que habent cornua fissuras habent in vngulis naturaliter. vt thaurus ceruus et aries. Et vt in pluribus aries dux gregis est Pastores enim in grege ponunt arietem vnum rectorem sicque docent eum a pueritia. quod cum acclamauerit eum pastor proprio nomine anteriorare se. Euscolapius in li. suo. Elephas cum arietem viderit timet eum et fugit.

## ¶ Operationes.

A ¶ Ysaac: Arietes habent carnes calidiores ac minus humidas quam sunt carnes ouium ac duriores ad digerendum. Arietes in iuuentute manentes minoris sunt humiditatis et viscositatis propter etatis siccitatem eorum complexioni dominantem. Idcirco eorum caro melior est agnis et ouibus. quia si bene digerunt. bonum et multum sanguinem generant. maxime si castrati sunt. quia caliditas et humiditas eorum temperate sunt. vnde boni saporis sunt. nisi quando sunt decrepiti qui procul dubio pessimi sunt et non castrati sunt eis meliores. Omnes enim decrepiti in calore naturaliter defectuosi sunt. qui defectus prouenit ex etate et testiculorum indigentia. Annuales mediocrem habent complexionem inter lactantium humiditatem et iuuenum siccitatem Idcirco ceteris arietibus meliores sunt. et ad digeren

dum faciliores: Sanguinem em̄ meliorem generant. et maxie iuuant iuuenes calidā et siccam complexionem habentes. et calidam et siccam regionem inhabitātes. De crepiti vero (vt dcm̄ est) ceteris deteriores sunt. ¶ Auicenna. Caro arietis adusta linitur vtiliter super morpheam. et super empetiginem. Confert etiam morsib⁹ serpentum ac scorpionum: Etiam cū vīo canis rabiosi. ¶ Cinis eiusdem confert albugini oculi. Arietis pulmo calid⁹ superpositus sanat excoriationem calcanei ex calciamento. ¶ Esculapius Arietis liquor qui a pulmone decocto distillat tercianas et reuum morbū ī eis natū sanat. ¶ Pli. li. xxix. Ius ex carne arietum valet ꝯ cancrum. Haly. Arietis fel aurīū dolori. q̄ ē ex frigiditate medet.



## ¶ Ca. iiij.

Aper. Ysidorus. Aper a ferocitate vocatus est. ablata f lra et p subrogata. Unde et apud grecos fra gros id est ferus dr. Omne em̄ quod ferū est et immite abusiue agreste vocamus: Porci agrestis valde bellicosi sunt tempe coitus et ingemantur vt coria sua sint eo tempore dura. quia se cum arboribus cōfricant. et postea lutum intrant: Illudqꝫ desiccant. Hij inde preliantur intantum vt vnus aut ambo moriantur. Ursus qꝫ pugnat cum porcis agrestibus. Est autē aper iracundus et isipiens: nec bonorum doctrinam morum recipiens. nullaqꝫ mutatio accidit in eo etiam si castret. Apri quoqꝫ femīa castratur. ita q nō indigeat coitu. vt cito impinguetur. sed prius biduo cibus ꝓhibetur: Pli. li. viij. Apris maribus in coitu est asperitas plurima: Tūc inter se dimicāt arbor attritu costas indurantes seqꝫ luto tergorantes. Femie quoqꝫ ī partu asperiores sunt. et fere simi literi omni genere bestiarum. Ex lib. de naturis re. Aper bestia fortis: nigri coloris. que nullam bonor mor doctrinam recipit vnq̄. sed semp fera ac ferox est. dētes habet magnos et recuruos incisionibus aptos in quibus hoc mirabile est. q viua quidem bestia possunt idem q ferrum. Mortuo vero detracti vim īcisionis amisisse ꝓbantur. Hoc animal si mane anq̄ mingat a venatoribus impetatur: de facili lassatur: Si vero ante vel īterim dum venatur vrinam fecerit difficulter capture cedit. Uerumtamē etiam lassatum nō cedit. sed in posterioribus subsistit. et anocitate rigida lassitudinem dissimilat. duellum offerens venatori. ferire tamen ī hominem vel inuadere non presumit nisi prius ab illo ictum acceperit. Caueat autem homo sibi. quia nisi primo ictu pūgentis cuspidis letale vulnus īter armū et lateraless costas dederit: piclitari de vita poterit nisi forte iuxta ad refugiū arborem inueniat. quam ascendat: aut ī humiliori loco reliqua terre planicie totis membris se premat: auersi em̄ ac recurui dentes eius quibus quasi quibusdam atrocissimis armis valent ad īferendam mortem. nō possunt quēq̄ nisi elatum et rectū attingere. Sustinebit tamen pedū illi⁹ cōculcatōes quusqꝫ sic iacēti a ꝓrio succurrat. Aper cūctas bestias p̄cedit auditu a dextris. Hꝫ os admodū leuti. q̄d venabulis et machere opponit.

## Operationes.

A ¶ Pli. li. xxviij. Apri cerebrum ꝯ serpentes laudat̃ cū sanguie. Jecur etiã inueteratum cum ruta potũ et vĩo. adeps q̃ȝ cum melle resinaq̃ȝ. Simili mõ ⁊ iecur verrinũ exemptis dũtaxat fibris q̃tuor obulorum pondere: ⁊ cerebrum ex vino potũ. ¶ B Item cerebrum apri vel sanguis veredorum medetur carbũculis Jecur eius litargicos excitat C ¶ In iecure femĩe apri ieniuntur lapilli q contriti ⁊ in vĩo poti calculos pellũt: D ¶ Apri pulmo ebrietatem arcet. Fel aprinũ strumas discutit Lyenem q̃ȝ sedat potum: E ¶ Idem Cũ adipe pulmo ĩpositus pmões sanat. F ¶ Ulcera q̃ȝ serpentia sanat fel aprinum cum resina ⁊ cerusa. G ¶ Cinis maxillarum apri sanat vlcera q̃ serpunt. ¶ H Idem q̃ȝ confert fractis: Lardum eiꝰ elixum atq̃ȝ circũligatum mira q̃ȝ celeritate solidat ea. J ¶ Apri vrina ⁊ ipa vesica p cibo sumpta vesice calculorũq̃ȝ cruciatibus medet̃. si pus vtrũq̃ȝ fumo maceratur Jd in apri vesica si assa mandet̃ vrĩe cobibet incõtinentiã. K ¶ Ydropicis auxiliat̃ apri vrĩa vel etiã vesica paulatĩ ipotu data. L ¶ Urĩa q̃ȝ apri ĩ vitro fuata auriũ dolori viciisq̃ȝ medet̃. deniq̃ȝ tam grauis est apro vrĩa. vt effugere non sufficiat nisi egesta. ac ea velut deuictus opprimatur. vñ illa exuri eos tradit̃. ¶ M ¶ Aprini fimi cinis ĩspersus potõi tepidi vini dissintericis medet̃. Luxatis q̃ȝ valȝ idem fimus: Uerrisq̃ȝ spuma recẽs ex aceto In fimo q̃dem suis est vsus efficatior que non peperit. In apris q̃ȝ multũ pstãtior. N ¶ Usus axungie valȝ ad emolliendas excalefaciendas discutiẽdas purgandasq̃ȝ ꝯfricatis mẽbris itinex lassitudines. O ¶ Ex li. de naturis rex. Fimꝰ apri recens ⁊ calidus p̃cipuũ est remediũ ꝯ fluxum sanguis e naribus.



¶ Ca. v.

Azinus. Ex libro de naturis rex Azinus est anĩal deforme vile ac despectum. grandi capite. lõgis ⁊ latis auribus. corpe macilento nesciunt impiguari. In humeris stigmata christi portat crucis. Est q̃ azinus aĩal mãsuetũ m ⁊ discordie nesciũ onerifex. ⁊ non rebellãs sarcinis (etiã vltra q̃ ferre possit) sibi impositis brutum ⁊ irrationale sup oĩa aĩalia Incessu quoq̃ȝ pigx ⁊ tardum. paciẽs ⁊ inter verba durissimũ. p viam incedens obuiantibus cedere nescit. Post menses xx. coit. sed nisi post annos tres gignit. Spinas libenter cõmedit. frigidius ẽ naturaliter. ⁊ frigoris impaciens. maxime tẽpore conceptus. Jdeoq̃ȝ non generaturĩ locis frigidis ⁊ in Scotia: ⁊ in regionibꝰ propinquis. nec in equinoctio sicut coeũt equi. sed in estate: In terra quoq̃ȝ septẽtrionis. que est frigidissima non inuenitur: quoniam illic viuere nõ potest. Gestat ãt in vtero per annum integrum: Azini pullus ali q̃ntulũ decoris hȝ ĩ iuuẽtute. ȝ q̃to plꝰ senescit tãto t̃pior fit. Aresto. Azinꝰ hȝ soleas sicut ⁊ equus. non habet fel omnino. sed habet sanguinem spissum ac nigx valde sicut thaurꝰ. Azinꝰ ⁊ anĩalia cetera magni cordis tĩda sũt plꝰ oĩbus aĩalibus.

Timet frigus. felle caret. spinas cõmedit
quando molles sunt. multum coit minus
tamen ꝙ equus. Et si non inceperit gene
rare. post eiectionem posterioꝝ dentium
non generabit om̄ino. Comedit fructus
Herbis pascitur ⁊ aqua impinguatur. Quã
to plus ex aqua bibit: tãto plus eius cibꝰ
proficit. Unicum hꝫ ventrem sicut ⁊ cete
ra soleas habentia Infirmatur sepe infir
mitate que dr̄ milide: ⁊ est prius in capite
Currit qꝫ flegma multũ e naribus. ⁊ si de
scenderit ad pulmonē moritur. Actor. Azi
nus est animal stolidum tardum ⁊ luxuri
osum. Crucē hꝫ in anteriore dorsi ꝑte suꝑ
humeros. ⁊ ibi debilior est. In posteriori
autem suꝑ renes ibi fortiõr est. horribiliter
clamat. lappas ꝯmedit. sonũ citare (vt fer
tur) Ambrosius. Azinus piger ⁊ ad pre
dam expositus. sensuqꝫ tardior. docꝫ nos
vivaciores esse debere. nec desidia corpis
animiqꝫ pigrescere. sed ad fidem ꝯfugere
que onera gravia solet alleviare. Philo
logus. Azinus est aĩal oneriferum manci
pium servituti addictum respectu multi
tudinis laboꝝ quos sustinet. parũ grē cõ
sequitur. vocem hõis ꝯsuetam intelligit:
Et novit iter q̊d sepe ambulavit. Cũ autē
vidit lupum venientem respicit in lũbum
⁊ sic improvisus a lupo ꝯprehenditur.

## Operationes.

A ¶ Avicenna. Azinus sanat leprã Con
tracti ex siccitate sedent in iure carnis eiꝰ.
⁊ caro etiam eius iuvat. Epar eius assatũ
⁊ a ieiuno ꝯmestum confert epilētie: simi
liter ⁊ eius vngula adusta. B ¶ Cinis
carnis ⁊ epatis eius cum oleo valet super
positis fissuris frigoris. C ¶ Itē cinis
epatis eius cum oleo valet suꝑ scrofulas.
D ¶ Dr̄ aũt ꝙ eius vrina cõfert dolori re
num. Urina vo silvestris azini: sicut Gali
enus ait. lapidem in vesica frãgit ¶ E
Sanguis azini ꝓhibet fluxum sanguinis
nariũ ex velamine. F ¶ Adeps eiꝰ valet
ad vestigia cutis. Uriña azini ꝯfert vlceri
bus ambulativis ⁊ humidis ⁊ dolori r̄nũ
Stercus eius in omni cursu sanguinis ad
ministratur. G ¶ Odoratur quidem
ad fluxum sanguinis narium fortem: ⁊ ex
primitur humiditas eius in narem ac re
tinetur. H ¶ Item stercus azini pascē
tis siccum cum vino valde bonum est pũ
cture scorpionis. I ¶ Lac etiam azina
rum minus butirosum existens. subtile est
⁊ aquosũ. Valꝫ tussi extenuationi: ac spu
to sanguinis: ⁊ ydropisi. ac durici splēis
Ventrem lenit. ⁊ ethice bonum est. ¶ K
Fertur etiam ꝙ cum os ex eo colluitur: cõ
firmat dentes ⁊ gingivam. Non est autē
conveniens habentibus sodam ⁊ vertigi
nem ⁊ tinitum. ꝓprieqꝫ dormire suꝑ ipm̄.
⁊ vniversaliter nocet hñtibus capita de
bilia. L ¶ Esculapius. Sanguis azi
ni cum vino potatus febres cottidianas
sanat: tribus vl̄ quatuor guttis illiꝰ datis
Adeps eius coitum cõmovet. Splen eiꝰ
cum aqua tritus ⁊ mãmille appositus at
trahit lac M ¶ Byasco. adeps azini
nus dr̄ cicatrices ꝯcolerare Lac eius ven
trem mollit. ⁊ ore receptum dentes gingi
vasqꝫ confirmat. Vulnerationes quoqꝫ
ventris ac reumatismum optime curat.
Locium eius bibitum nefreticos sanat.
N ¶ Haly. Azini pulmo ⁊ pulli eius si de
siccatus teratur ac bibitur attractioni spi
ritus ac tussi prodest. Epar azini domesti
ci si cõmederit eum epilenticus ꝓdest ei.
O ¶ Azini fimus si opprimatur eo san
guinis fluxus de venarum vl̄ arteriarum
incisione amputat eum vel stringit. Pari
modo si de aqua eiꝰ instilletur naribus san
guinis fluxum pacientibus stringit. Om
nino lac azine medicaminibus letalibus
obest ⁊ intestinoꝝ vlceribus prodest ac te
nasmo. sic quoqꝫ ꝓdest lac ovium sed mi
nus. P ¶ Pli. li. xxviij. Anulum ex vn
gula ⁊ cruribus azini nigredinem nõ ha
bentis. si induat epilenticus ꝓhibet ipm̄
ne cadat. Q ¶ Preterea si domũ suffu
miges azini pulmone mundas eam ab oĩ
reptili ac serpente.




## Ca. vj.

Ahane ⁊ alches. Ex libro de naturis rer. Ahane fm Arestotilem ē est animal magnitudinem cerui. contra consuetudinem oim̄ aīalium hn̄s fel in auribus simile felli hominis in colore. Et est amarum valde causatiuū vehementis ire. ferocitatisq;.

## Operationes.

A Helynandus. Alches est animal in silua hercinia. hap cōsimilis est capris figura. ⁊ varietas pellium: sed magnitudine paulo antecedunt. Mutilia sunt cornibus, ⁊ crura sine nodis: articulosq; habēt Nec q̄etis causa ꝯcūbunt. neq; quo afflicte casu ceciderint: erigē sese aut subleuare possunt. B His sunt arbores pro cubilibus ad eas se applicāt. atq; ita paululum reclinantes quietem capiūt. Quap ex vestigijs cum animaduersum a venatoribus fuerit quo se recipe loco cōsueuerūt eo loco a radicibus subruūt. aut abscidūt arbores: tm̄ vt summa spēs vel stipes eap stantiū relinquat. huc cū se ꝯsuetudine declinauerint. īfirmas arbores pondē affligunt atq; vna ipa ꝯcidūt. C Est alche mult ꝯpanda. adeo ꝓpenso labio supiore: vt nisi recedēs in posteriora vestigia pascī non queat. D Gangama insula e regione germanie mittit aīal q̄le alches. ⁊ cuius sicut nec elephantis flecti neq̄unt suffragines: E Ideoq; nō cubat cū dormiendū est. s; somnolentā arbor tantū modo sustinet q̄ ꝓpe casum minat vt fera ruinam faciat: dū assuetis fulcimentis innititur ita capit. F Alioquin eam mācipare difficile est. qm̄ nullo rigore poplicum in comprehensibili fuga pollet.



## Ca. vij.

Anabulla Antaplō Aptalo Aukacinor. Ysidorus. Anabulla bestia ē ethiopie. collū hōis vt equus pedes ⁊ crura velut bos. caput vt camelus. albas habet maculas. colorē rutilū valde mēbra singula distinguentem. Cunq; tāto decore sit animal respersum. pellis multum spectabilis carius venditur ad luxū oculorum. Antaplon vel aptalos animal simile capriole fetidum nimis cui non potest homo approximare. Et habet duo cornua acuta valde. quasi duas falces. et recuruata sunt. Hoc animal cum sitit. accedit ad eufraten. vt bibat. ⁊ cū biberit adit dumetum quoddam vicinū minutis vgulis ⁊ subtilibus consitum. vt ibi quasi ludendo se in illis viminibus confricet.

Quo fit vt in illis illaqueet. ita q se inde non possit auellere. Et tunc vocē magnā emittit. quam cum audit venator iruens in ipm occidit illud.

## Operationes.

Uespa. Arestotiles. Uespa ē animal anulosum volatile Aculeis venenosum que dicitur de putridis azinoꝝ carnib⁹ nasci sicut fuci de mul. scrabrones de eq̄s ꝛ apes de vitulis. Item vespa aerem non recipit, id est non suaq; vita ꝛ nutrimentum est circa stercus ꝛ carnes. Et est de aīalibus que manent cū socijs suis: sicut formica ꝛ apis. habet autē lanceam interius: sicut scorpio exterius. Sanguine carꝫ. alasq; mēbranis coopertas habet. Accidit vespis senectutē exuere. Apesq; nocentur a vespis Ideoq; nocet apibus illas appropinquare. Ex li. de na. rerum. Uespe ex eq̄nis carnibus aliq̄ñ ꝓcreant̄ In plenilunio magis crescere dicuntur. haꝝ vita circa sterc⁹ est. Ceras quidem faciunt. sꝫ nō ex collectione floꝝ. ꝛ ob hoc inutiles sunt. Aresto. Uespaꝝ cib⁹ est ex floribus ꝛ fructib⁹. sepe q̄ꝫ viuūt ex cib aīaliū. Mutita venat̄ in fine hiemis ꝛ plures eaꝝ venant̄ circa calem. Uenauturq; mutita ꝓpe aggeres mag̃s ꝛ altissima loca. oēsq; vident̄ cū aculeis: nō āt ꝯgregāt vespe flores. nec cibāt̄ ex eis sicut apes: sꝫ cibus eaꝝ ī maiori pte est ex carne. ideoq; circa stercora manēt: muscasq; mag̃s depbendunt. ꝛ caput eaꝝ abscindunt. nidos sub terra faciūt ꝛ vt formice terrā extrahūt Preterea iuxta pliniū. q̄dā vespe spalāgiorum genus perimūt ꝛ in nidos suos portant. deinde illiniūt. ꝛ ex his incubādo genus suum procreant.


## Operationes.

A Constantinus. Uespe ꝛ apes eis q̄s pungūt tūorē calidū ꝛ ruborē faciūt. rostrūq; eaꝝ remanet vbi tāgūt. B Et aliq̄ñ morsi sudorē paciunt̄ ꝛ abhōiatōē C Aui. in. ij. cañ. Uespaꝝ puncture bonū est poliū ēplastri more suppositū D Sil'r folia siluestris malue sedāt illā ēplastrata. Itē sterc⁹ capꝛ̄ attrabit vespe venenū. E Ex sale q̄ꝫ cū aceto ꝛ melle fit empl'm ad pūcturam vespe. Et oleū lauri ꝯfert eius mordicationi.



## Ca. cxvij.

Ulula. Ysidorus. Ulula est auis a planctu et luctu nominata. Cum enim clamat aut fletum imitatur aut gemitum. Unde apud augures si lamentetur tristiciam, tacens ostendere fertur prosperitatem. Actor. Ulule (vt dicit glosa super ysayam) sunt aues magnitudinis cornine, maculis respse: que rostro in palude fixo horrende stridunt habentes vocem similem vlulatui luporum. Unde et nomen acceperunt et vocantur gallice buhorr. De hac etiam superius dictum est in capitulo buthorio: et de onocroculo quod nomina sunt idem.



## Ca. cxviij.

Upupa. Ysidorus. Upupa est auis spurcissima cristis extantibus galeata semper in sepulchris et humano stercore commorans. Upupa grece dicta eo quod stercora humana consideret, et fetenti pascatur fimo. Cuius sanguine quis se inunxerit dormitum pergens demones suffocantes se videbit. Glosa super Leuiticum. Upupa lugubris est et luctum amans. Unde et in lege comedi prohibetur, quia seculi tristicia mortem operatur. Phisiologus. Upupe pulli cum parentes suos senuisse viderint ita vt neque volare neque videre possint: vetustissimas parentum plumas euellunt, et oculos eorum liniunt, fouentque eos sub alis suis, donec crescant eorum pene, et reilluminentur oculi eorum, sicque mutuam vicem parentibus reddunt. Jorath in li. de animalibus. Upupe pulli parentes suos fouentes hanelant super oculos ipsorum vt visum recuperent. Ex li. de na. rerum. Upupa est auis admodum pulchra sed immunda, vna tamen voce sicut et cuculus importuna est, hieme latet, et nuda est, vere producitur. huius parentes senescentes iterum pullos iam adultos in nido plumas exuunt et interim a pullis pascuntur, donec vires plumasque recuperent. Cum enim senio visum perdiderint pulli notam naturaliter herbam colligunt, et eorum cecatos oculos inde liniunt, vt visum recuperent.

## Operationes.

A Pytagoras in li. romanorum. Sanguis vpupe illitus homini dormienti demoniaca gignit fantasmata. B Pene vo posite super caput hominis sedant soda: id est dolorem capitis. C Huius etiam lingua super illum suspensa, qui multam obliuionem patitur, ei confert.




## Ca. c xix.

Vultur. Ysidorus. Vultur a volatu tardo nominatus putatur magnitudine quippe corporis prepetes volatus non habet. Fertur pene vsqz ad centum annos procedere. Vultures autem sicut et aquila vltra maria cadauera senciunt. Altius quippe volantes: que multa montium obscuritate celantur ex alto illi conspiciunt. Ambrosius. Vultures dicuntur sine cōcubitu generare ꝛ ꝯcipere. Solent etiam mortem hominis quibusdam signis annuntiare. Cum enim lacrimabile bellum acies inter se instruunt. multo vultures sequuntur agmine. ꝛ eo significant ꝙ multa hominum multitudo bello casura sit futura preda vulturibus. Glosa super Leuiticum. Lex vulturez cōmedi prohibet. qui bellis ꝛ mortuis gaudet. Phisiologus. Sedet autem vultur in altissimo loco. quia retardatur in ascensu a terra. ascenditqz tantum in altissima vt videat loca remota. Ideoqz dicitur ꝙ solus vultur est auis dei. Hic etiaz maiores aues rapaces vt accipitrem insequitur. Arestotiles Vultur grauis est: ꝛ mali moris. famelicus ꝛ clamosus. Venatur in locis a nido remotis valde. ꝛ vt videat loca remota valde. ascendit ad locum altissimum Ibiqz sedz quia difficilis est ei eleuatio a terra: ideoqz dicitur ꝙ solus vultur est auis dei. deprehendit autem lepores. ꝛ paruos ceruos ꝛ capras ac vulpes ꝛ animalia cetera que retinere potest. Idem. Vultur nidificat ī locis altissimis. ꝛ multociens super arbores Inuidet pullis suis cum impīguantur. nec pascit eos nisi de cibi sui reliquijs. ꝛ illos anteꝙ̃ volare possint eijcit. Est autē auis alia que ꝓiectos illos cum pullis suis nutrit. Vnum par vulturum occupat vnum magnum locum. ꝛ ideo secum alios nidificare non permittit: Est autem longe vite quod ex eo cognoscitur. ꝙ nidus eius semper idem manet. Cum enim senescit elōgatur rostrum eius superius ꝛ arcuatur. Et in fine fame moritur.

## Operationes.

A Esculapius: Vulturis pēne combuste fugant serpentes a domo. B Iecur eius tritum cum sanguine per decem dies bibitum. caducos liberat: C Sanguis eius cum succo marubij caliginem oculorum sanat D Adeps eius dolorez oculorum sanat: ꝛ dolores neruorum euacuat: E Dyascorides. Fimus vulturis medicinalis est. Naz fumigium eius secundinam expellit: F Pli. lib. xix. Vulturis fel ex aqua dilutum. albugines sanat oculorum: G Penna vulturis si scalpantur dentes acidum faciūt halitum.



## Ca. c xx.

Yon. Actor. Xyon ē auis immunda secundū legē cuius natura non satis ē nobis nota. Est autem vt legitur de genere vulturum sed minor ꝙ̃ vultur. Hec auis est mens alberti in libro de naturis animalium. Et similiter in libro de natura rerum.



## Operationes.

Uide hac opinatur vulgus. quia si pellem cum plumis aut mortue detrahas et parieti infigas omni anno plumas ac si esset in corpe cōmutabit.



## Ca. cxxi.

Uoz Udros 7 Usida. Ex li. de na. rez. Ubos ē auis visu debilis q̄ imitat voce equi. Et qñq̧ super eū volās: edē stupefacit ipmq̧ fugē cogit: Arestotiles. Ubos ideo cum eq̄ pugnat: qm̄ ipm a pascuis eijcit 7 herbas ɔmedit. Ideo stupefaciēs eū fugere cogit: 7 forte iterficit. Est āt auis pulchri coloris 7 vita eius bona. Manetq̧ apud fluuios 7 margines coꝝ. Idem: Udros ē aīal volatile in nilo flumīe. satis inimicū cocodrillo: Nam de natura 7 ɔsuetudine cum viderit cocodrillum in littore fluminis ore aperto dormientē. īuoluit se limo quo facilius possit eius faucibus illabi. sicq̧ faucibus suis irrepēs erosis cocodrilli visceribus. tandem inde viuus exilit. Ex li. de. na. rez. Usida a sono vocis dicta est: auis q̄dem parua. sed pennaꝝ venustate clarissima. in dorso colorem hʒ inter viridem 7 ceruleum. In pectore vero p̄fert ymaginem carbonū ardentiū. Duos tm̄ hʒ in pede digitos: vngues aduncos sed rostrum paruū ac directum. Circa aquas assidua est. pisciculis viuit. terram rostro cauat. ibiq̧ nidū ɔgerit ac fetus facit:

## Ca. cxxii.

Zelentides: Ex libro de natura rerum. inquit Zelentides sunt aues (vt dicit Plinius) quaꝝ suffragium a ioue deo petunt incole montis casini cū a locustis fruges illi⁹ vastantur: Itaq̧ adeo misse locustas depopulantur. 7 vnde veniant. quove abeant ignoratur aut quo vadant. Hoc idem dicit Albertus in libro suo de naturis aīalium in tractatu de auibus.

Hec igit̄ dcā de auiū natura sufficiāt.





¶ Prohemiū.

Iam in precedenti tractatu locuti sumus de volatilibus q̄ in genere aīalium videnť esse pfectiora natatilibus. Ideo nūc in isto quarto tractatu deo opitulāte dicemꝰ de natatilibus sive aīalibus aquaticis. hoc est de piscibus. Nam sicut aer ornatus est suis animalibus. scʒ volatilibus que possunt ex eo respirare ꝑpter crassitudinem hūoris ꝛ quoꝝ corpa p̄t sustinere. sic ꝛ aq̄ suis id est natatilibus. que quidē pinnulis suis innituntur aque natando. sicut aues pēnis suis volādo. De piscibus igiť dicturi ſm ordinem alphabeti. ꝛ p capl'a sicut in precedentibus procedemus.



¶ Ca. Primū.

Abremon. Achādes. Accipender. Albirez. et Alphoram. Ex li. de na. reꝝ. Abremon alias Abare nō est piscis. vt dicit Aresto. multū fecūdus ouis. nec alioꝝ ea more contra ventrē suū ad arenā fricat. q̄ cōtactu aspa est. ꝛ gustu salsa. Sicqꝫ oua ꝯcepta parit. ꝛ post tpūs debitū fetus educit. Jorath in li. de aīalibus. Piscis abren hora tēpestatis maris: natos suos in ventre saluat. ꝛ post tempestatē euomit eos. Idē. Achādes piscis solicitꝰ de pullis suis nauibus maris adheret. sicqꝫ ꝑpter ip̄m oīo fiunt īmobiles naues. Ex li. de na. reꝝ. Accipender est vt dicit pli. piscis apd̄ āti q̄s nobilissimus. hic solus ꝯ morē oīm pisciū hꝫ sq̄mas toto corpe ad os v̄sas. Pli. li. ix. Apd̄ antiq̄s piscis nobissimus habitꝰ accipender. vnꝰ oīm squamis ad os versis. ꝯ aq̄ nādo meat. nullo nūc in hōre est: q̄d q̄deꝫ miror cū sit rarꝰ invētu. q̄dam eū elopē vocant. In li. vt sup̄. Albirez ē piscis marinꝰ hn̄s cutē adeo spissā ꝛ durā ac firmā: vt ea milites vtanť p galeis. In eodeꝫ li. Alphoram est piscis q̄ nō gigniť. sꝫ in loco lutoso vbi nō est aq̄. ex ip̄iꝰ luti putredine in modū vermiculi creať. postea cū ascenderit aquā crescit in piscem: Durat autē modico tempore. citoqꝫ dissoluitur.



¶ Ca. Secundum.

Anguilla. Ysi. Anguillla dr̄ ab anguis similitudine. Huiꝰ origo ex limo est Un̄ ꝛ qñ capiť adeo le



nis est. vt quanto fortius presseris. tāto ci tius labatur: Ferunt autem orientis fluuium gangen' anguillas ternenis pedibus gignere. Plini⁹ libro. ix. Anguille octēis viuūt annis. Durant ꝛ sine aquis diebus senis aquilone spirāte austro pautiorib⁹ At hiemem in exigua aqua non tollerant neqꝫ in turbida Ideo circa vergilias maxime capiuntur: fluminibus tamen preci pue turbidis pascunt̄ noctibus: exanimes piscium sole nō fluitant Porro vice pedū pinne date sunt bine piscibus omnino lōgitudo vt āguillis ꝛ congris. Itē anguille scopulis se atterant. eaqꝫ strigmenta viuescunt. nec alia est earum procreatō. Diutius autem ceteris viuūt anguille aquis exempte. Idem in li. x. In anguillis omnibus nec est masculinum neqꝫ femininuꝫ genus: que nec animal nec ouum ex se generant. sicut neutꝝ est ꝛ ostreis genus ceterisqꝫ vaso vel saxo adherentibus. Ex lib de naturis reꝝ. Anguilla ex aliorum piscium limo nascitur. difficulter excoriator. durissimam habet mortem. que etiam excoriata viuit. ad vocem tonitrui commouetur. Aquis claris fluuialibus gaudet. et in absconsione pliað maxime capitur. quia tunc ex ventis oppositis aqua turbatur. Ad pisciculos inferioris potestatis rapax est. maxime tamen cum in semine reperiuntur.

## Operationes.

A Ex libro vt sup̄. Exāis sola piscium non fluitat. nisi cum aquis putrefacta dissoluitur. plus alio cibo decoq̄tur: aliter nociuus est cibus eius: ad ignē assata pl⁹ cōpetit. quia malicia eius illic euaporat̄.
B Pinguedo eius auribus medet̄.
C Item anguille vino necate qui ex eo biberint tedium vini habent.




## Ca. iij.

Allec. Ex li. de na. rerum. Allec est piscis marinus admodū paruus in occiduo mari quod mediterraneum est inter maiorē britaniā ꝛ germaniam: Cumqꝫ vnū q̄dqꝫ fere genus piscium marinoꝝ habeat tempus suū. i quo solo sit bonum: scꝫ ab augusto vsqꝫ ad decembrem. qui cum r̄cens captus fuerit delicatiorem cibum prebet: Salsus autē in vsum hōim vltra q̄ alij pisces sanus durare potest Oim̄ q̄ꝫ fere pisciū solus aqua viuit tm̄. Nec nisi in aqua viuere potest. Nam statim vt aeris serena contigerit expirat. nec vlla mora est inter contactū aeris ꝛ expirationeꝫ. Oculi eius instar luminis de nocte lucent in mari: sec borum vi rus cum ipso pisce moritur. vbicunqꝫ supra aquas in mari lumen vident. gregatim adnatant Et hoc astutum ad rhetia dictis temporibus alliciuntur. quasi parati ad capiendum diuino munere in vsus hominum deducuntur. Hybernis autem temporibus secrete maris vsqꝫ ad tempus debitum absconduntur: et hoc circa germaniam. Ysidorus. Allec piscis est ad liquorem salsamentorum ydoneus. vnde ꝛ nūcupatus. Actor. Fertur autem allec ex pu

ro aque elemento viuere. sicut salamādra in igne.

## Operationes.

A Pli. li. xxxix. Allece scabies pectoris sanatur insusa per cutem incisam. B Et contra canis morsus. draconis ve marini prodest.



A Aranea itaq3 morsus ceterorūq3 reptilium marinoꝶ venenosoꝶ. dixerunt curandos esse cum tyriacis quibus curatur venenum frigidum. et cū medicinis rutelarum. ꝛ tyriaca coꝶ.



## Ca. iiij.

Araneus. aries. ꝛ arini. Auicēna. Aranea marina. videt q̄ disposi tiones eius propīqua sint dispositionibus scorpionis. Ysidorus. Aranea genus est piscis. dcm̄ eo q̄ aure feriat. habet tm̄ in ea stimulos. quibus ꝑcutit proximantes. Pli. li. ix. Aculeo spine in dorso abnoxius est ac venenosus. Pli. in eodem Aries est piscis q̄ grassatur vt latro nunc grandi nauium in salo stantiū occultatus vmbra. si quem nandi voluptas inuitet: expectat. nūc elato extra aquā capite piscantium cymbas speculat. occultatusq3 adnatans mergit. Esculapius ī li. de animalib9: Arini siue barini piscis cū bō viderit eū iebriat. ꝛ mouet eū ad rixas ꝛ ꝯtētiones. post q̄ vo ꝯmederit placat ira ei9.


## Operationes.

## Ca. v.

Aspidochelon. ꝛ aurata. Phisiologus. Aspidochelone grece dr̄ belua quedam ī mari que latine dicitur aspido testudo Est autem cetus magnus. habens super corium suū tanq̄ sabulum. quod est iuxta littus maris. Un̄ plerumq3 eleuato dorso suo super vndas a nauigātib9 nihil aliud credit̄ eē q̄ īsula itaq3 aꝑplicātes dn̄tes suꝑ eā alligant naues accēdūt focos ad coq̄ndos cibos Ille vero vbi sentit odorem ꝛ calorē ignis mouet se a loco. ꝛ sic mergit naues in profundum. alia q̄3 huius belue natura hec est: quando esurit. aperit os suum. ꝛ quasi q̄ndam odorem bene olentem exalat de ore suo. Quem sentientes minores pisces cōfluunt in os eius. quod vt impletum fuerit. claudit ꝛ eos transglutit. Idem. Aurata dicitur ex eo q̄ in capite suo auri colorem habet.


Ca. vij.

Asturam. Albertus in li. de natu. aīaliuīn. Asturam piscis est q̄ tpe veris ꝛ autumni in spumis pluuialibus generaꝛ̄ et in eis ebulit sicut vmis ex stercoribus aīalium. Dr̄ etiam ex luto generari hic piscis; impaciens claritatis solis fugit ad vmbras arborum quas in aquas proijciunt. calorem tamen diligūt ꝛ habent de profundo ad ripam natant. tempore siccitatis non habundant. sȝ quādo multe sunt pluuie ꝛ calide habundāt.



Ca. vj.

Alforam. Albert⁹ in li. de na. aīali um. Alforam piscis est q̄ ex putredine luti generaꝛ̄. ꝛ ī luto sine aq̄ pereatur ad modū vmiculi. q̄ vermis aq̄ ascendēte crescit in piscem. De hoc pisce naute dicunt. q̄m si consumaꝛ̄ putrefactus vsqȝ ad caput et ad oculos. adueniēte aq̄ iterum renascitur. ꝛ tūc diu viuit cū aū huiusmodi suam regeneratōem pue vite sit vt sup̄ dcm̄. ca. j.



Ca. viij.

Aureum vellus. Albertus ī libro de naturis animalium. Aureum vellus est animal marinum sicut spongia. ꝛ de spongiarum genere. sed rarius est ꝛ mollius ad modum lane. ꝛ lanugo eius in auri splēdorem cōuertitur ꝛ dilatatur ꝛ prolongatur sicut vellus. ꝛ dum est in mari. ꝛ mouetur motu contractōnis ꝛ dilatationis sicut spōgia. ꝛ raro inuenitur. tamen hoc inuentum in frigia tum extitit belli troyani inter grecos ꝛ frigios sicut dicit dares frigius ī historia troyana.







## Ca.x.

Abydes. Albertus in libro vt supra. Abydes animal est marinũ. cuius conuersatio primum est in aquis 7 cibus. 7 postea mutat̃ figura eius 7 efficitur terrestre 7 egredit̃ de aqua querens victum in terra. 7 cum figura mutat̃ mutatur etiã nomen eius. 7 vocat̃ astoyz.


## Ca.ix.

Arburciũ. Amnis. abaniger. afferus. 7 astralus. Albertus ĩ libro de naturis animaliũ inquit. Arburcium piscis est multis ouis fecundus. sed non eijcit oua nisi ventrem confricet ad harenam tactu asperã: 7 in illa pullos educit 7 complet. In eodem libro vt sup̃ Amnis piscis est vt dicũt saxatilis: qui lapidem gestat interi⁹. est autem valde speciosus in lateribus virgultas habens puniceas toto autem corpore. reliquo diuersis coloribus est distinctus ac depictus: In libro vt supra. Abaniger piscis est vt dicunt que amno prope modum similis ẽ et est longus et rotundus que germanice gwich vocatur. 7 est albus bonaꝝ carniũ breuior anguilla: rostrum auis habens ꝑ ore subtile 7 longum 7 rubeum 7 viridem interius habet spinam: Albertus in lib. vt supra. Afferus piscis est qui propter exiguitatem hamo capi non potest. In eodem libro. Astralus piscis est qui aquarũ vnda ore suscipit 7 oritur qñ pleades occidunt. eo ꝙ tunc tempus est pluuiaꝝ.




## ¶ Ca. xj.

Abuna. Albertus in libro de naturis aīalium. Abune monstrum est maris gulosiꝰ cunctis marinis beluis: preda viuit. ⁊ in crassitudīe corporis sui vertitur ei quicquit comedit. vnde quia stomacho caret: venter eius quādo comedit multum extenditur ⁊ inflat̄ sup̄ modum. et cum amplius extendi nequit: pisces per os eijcit ⁊ hoc de facili qꝛ cum collo careat sicūt ⁊ ceteri pisces. os eiꝰ contiguum est ventri. Est autem adeo crassuꝫ animal. ꝙ quando periculum timet. pellē ⁊ carnes suas contrahens replicat. ⁊ extremitates sui corpis intra se sicut iricius abscondit. ita vt non appareant. Quod tamen aliquando sine sui detrimento nō facit. Mortem enim adeo timet ꝙ cum periculum senserit non laxari. ne abscedere bestiam que in insidijs latet. nequaꝙ̄ caput foras extrahit. quod intra corpus suū abscondit. sed cum affligitur. fame carnes suas deuorat. magis eligens in parte absumi ꝙ̄ preda facta beluis in toto ꝯsumi.



## ¶ Ca. xij.

Barchora. Albertus in libro vt sup̄. Barchora ē aīal marinū. hn̄s orificium pre oībus aīalibus fortissimū: Nā ⁊ lapideꝫ si in ore suo accepit: eum frāgit hec qn̄qꝫ ad ripas exit. ⁊ herbas depascit. ⁊ qn̄ oportet in aq̄ reuertit̄. ibiqꝫ submergitur. ne cutis dorsi eius a sole exiccet̄. et ad nutum debitū deflectere se nō possit. Pisciculos q̄ꝫ comedit: ⁊ p illos deprehenditur. Piscatores nāqꝫ pisciculos ꝓuos viuos filo cōsutos in mare ꝓijciunt. qui dū effugere nō valēt. sed insimul fluitāt. aīalis predicti morsibus patent. Et ipm̄ aīal dū vnū post aliū transglutire laborat. interim occupatū deprehenditur.



## ¶ Ca. xiij.


Borbotha: Botha ⁊ Brēna: Ysi. Borbotha sunt pisces quidā fluuiales. aliquatenus anguillis similes: lubrice nāqꝫ sunt. ⁊ excoriant̄ sicut anguille. Coriū hn̄t nigꝝ: esum dulcem. ⁊ epar pre om̄ibus piscibus melius ⁊ effica

tius. Caput magnum respectu corporis. os amplum ꝛ latum valde cum ante etate duodecim annos excesserit. in corpꝰ magnum crescit. et tunc nomen eius mutatur: et solaris vocatur. de quo inferius dicetur: Idem. Bothe sunt pisces fluuiales. qui non natant. nisi pamplitudinē corpis. Tenuissimi nanq sunt ꝛ lati valde. Pinnas habent in circuitu lati corpis. impinguantur vento meridionali flante. Cumq venatur hic piscis a piscatoribus. fundum aque petens aquam sup se turbat vt videri nequeat Maximeq corpore strato cum terre adheret. sup dorsum terre simili mus est. Maculas autem in dorso rubeas hȝ. Alexander Brenna est piscis fluuialis qui cum vidȝ sibi luciuȝ imminere: declinat ad scenosa aquarum limpiditatē a tergo pturbans.



## Ca. xiiij.

Balena. Xsi. Balena est in mense magnitudinis bestia ab emittendo ꝛ fundendo aquas vocata. ceteris em̄ bestijs maris altiꝰ iacit vndas. Balin at̄ grece dr̄ emittere. Pli. libro. ix. Balenas in gaditano occeano nō a nte brunā ꝯspici tradunt. Condi at̄ esta t.s tpibus in quodā sinu placido ꝛ capaci. mire gaudentes ibi parere. hoc scire orcas infestam his beluam. ꝛ cuius ymago nulla representatione alia possit exprimi q̄ carnis in mense dētibus truculēte. Irrūpunt ergo in secreta vitulosq illarum aut fetus. vel etiam nondū grauidas morsu lacerāt. in cursuq ceu liburnicarum rostris fodiunt Ille vo ad flexum immobiles ad repugnandum merces ac pondere suo onerare. Tunc quidem in vtero graues pariē dive penis inualide. solū auxiliū nouerūt in altum pfugere seq toto occeano defendere Econtra orce laborāt occurrere. seq opponere: ꝛ cauatis angustijs trucidare in vada vrgere vrgere satis illidere. Spectantur hmōi prelia ceu ipo mari sibi irato: nullis in sinu ventis: fluctibus vero ad anhelitus. ictusq quantos nulli turbines voluant. Ora balene habent in frontibus Ideoq summa aqua annotantes in summa nymbos efflant Balenis brāchie nō sunt sicut nec delphinis. Hec duo genera fistulis spirant que ad pulmonē ptinent. Balenis a fronte delphinas a dorso. Itē que pilo uestiunt aialia pariūt vt pristis. balena vitulus. Idē in li. x. Balene ac delphini dormiunt. Nā etiā stertentes audiuntur. Solinus. Indica maria balenas vltra spacia quatuor iugerum habent. Sed quos fasciturasnūcupant. Qui enormes sup molem ingentiū columnarum vltra nauiū antemnas se extollūt. haustosq fistulꝭ fluctus ita eructuāt. vt nymbosa alluuie plerūq nauigantiū alueos deprimāt Ex li: de na. rerum. Balene branchias nō habētes fistula spirāt. quod raro i marinis aialibus inuenitur. Fetus suos gestant. cū infirmantur ꝛ inualidi sunt. ꝛ si parui sunt eos in ore suscipiunt. hoc idem imminēte tempestate faciunt. ꝛ post tempestatem illos euomunt: Qm̄ ꝑpter defectum aque fetus impediuntur ne matrem sequantur Mater aquam in ore receptam instar fluuij ad eos eijcit: vt sic inherētes terre liberet: adultos etiam diu cōmittat. Adolescunt aūt celeriter. et. x. ānis crescunt.





## Ca.xv.

Babilonicus. 7 Belue. Albertus in libro de naturis animalium. Babilonici pisces sunt (vt dicit Theofrastus) circa babiloniam existentes in locis vbi dulces aq̄ in cinorosis recipiuntur ex fluuijs incidentibus. inde enim egrediuntur pisces ad pastum. capita admodum ranarum magnaꝝ. reliquas partes corporis ad modum ragie habentes: similes piscibus alijs pinnulis gradientes 7 cerebro motu caude. Plinius. Belue in orientali mari sunt. Et belue sunt animalia marina adeo magna 7 importuna q̄ procellas excitant de profundo: Et pericula nauibus inducāt ita q̄ naues alexander ad pericula deduxerunt.

## Ca.xvj.



Cancer. Ex li. de na. reꝝ. Cancer pedes hꝫ et brachia forcipesq̄ꝫ ꝑ manibus retrogradus est nec vnq̄ ante faciem suam ambulare nouit. Mares duas habent spinas inter ventrem 7 caudam. quibus femie carēt. Que oua in ventre habent ictibus serpentibus medentur. Coitus tp̄e mas ascēdit in dorso sup̄ feminā. At illa motū ei⁹ sentiens a tergo coire volētis. īclinata sup̄ lat⁹ ad ip̄m se ꝯuertit. sicq̄ꝫ coit⁹ ꝯplet̄. latēt in hieme mēsibus q̄nis. Veris tp̄e ꝯnectutē exuūt velut anguis. Cācer lacte potat⁹: siue aq̄ viuit multis dieb⁹: Cū aūt senuerit. duo lapides albi: coloris ītermixto rubore īueniūt̄ ī ei⁹ capite. q̄s tāte v̄tutis eē dicunt. vt ī potu dati cordis p̄uctiōes sanāt: Aresto. Cācer hꝫ. viij. pedes p̄ q̄s mouet̄ eq̄li motu. caret sanguie. duꝝ ex̄ 7 it⁹ molle: nec ē illō duꝝ ꝯteribl'e: imo accipit ignē ī ripa maris q̄d ē itra iudeā hn̄t cācri qui

qui dicũtur milites propter velocitatem cursus. tantum enim currunt ꝙ deprehendi non possunt. Et cum aliquis findit. non invenitur in eius corpore caro vel superflui tas omnino. quia pascua non habent. Ysidorus. Cancri vocati sunt. quia cõche sunt. crura hñtes. inimica ostreis aialia. Eorum vero carnibus viuũt miro igenio Duo autẽ sunt genera cancrorum. fluuiales ⁊ marini. Ambrosius. Cancer ostreis vescitur. sed quia ostreũ clausum nulla vi aperiri potest. Periculosumq; est si chelam ei⁹ includat ad argumenta cõfugit. ⁊ insidias noua fraude molitur Explorat enim si quando ostreum remotis in locis ab omni vento contra solis radios dipticũ in illud suum aperiat. vt aere libero viscerum suorum voluptatem quandam capiat. et tũc clanculo calculum immittens ostree ꝯclusionem impedit sicq; aperta claustra reperiens tute chelas impetit. visceraq; interna depascit. Item femine maiorum membrorum sunt ꝙ masculi. ⁊ distantia coopertorij maior est ꝙ in masculis. Et ouãt per locum superfluitatis. Cancer paruus generatus ex terra ⁊ limo ĩtra loca vacua testarum aliorum aialium. Cũq; creuerit aliquantulum. mutat se ab illo loco ad testã maiorem. Cancer ⁊ karabo in senectute exuunt spolium. Uterq; accipit pisces in profundo maris duobus suis labijs et diuidit eos in duas ptes ⁊ ducit ad os suũ.

## Operationes.

A Aui. li. ij. Cancer marinus ꝓprie dr illa spẽs cancri maris. q hȝ oĩa membra dura vt lapis B Os ex eo adustum est subtilius est reliqs adustis. ⁊ abstergit dentes. ⁊ delet pannũ ac lentigines. C Ulcera qȝ desiccat. ⁊ confert scabiei. Itez ꝓhibet lacrimas. ⁊ i soluit cũ sale vngulã Fit qȝ ex eo colliriũ. ⁊ fricatur cũ eo scabies palpebrarum. D Prohibȝ etiã quartanam. Cancer fluuialis confert extenuatis valde Testa cancri marini subtilior est ꝙ testa clibani. E Exiccatiua est. ⁊ abstergit pannum ac lentigines ac scabiem. Cancer fluuialis est difficilis digestionis. ac plurimi nutrimenti. ⁊ ipm qdem rectificat. F Decoctioq; cum melle extrahit spinas ⁊ acutas res infixas carni G Ysaac li. xiij. Cancros ⁊ oĩes pisces conchas habẽtes testatur Galienus esse solubiles propter salsitatem eorum ⁊ acumẽ ꝓinde stomacho nociua sunt maxime neruositati sue.



## Ca. xvij.

C Aab ⁊ canis marinus. Ysidorus Caab ẽ al' marinũ hñs pedes ꝓ uos respectu sui corpis qd vtiq; magnũ est. Sũt autẽ pedibus vacce similes. horum vnus longus est cartillaginosus osse carens. quo vtitur loco manus in omnibus. Per ipm enim eradicat qd vult. et ꝑ cibaria per eum accipit. Eaq; ori suo reddit. Et cum natat in aqua spirat in ea Sȝ spirando anhelitu suo aquam in corp⁹ suum attrahit. qua cum repletus fuerit. ad aerem recurens eam reijcit. ⁊ sic respirat. Idem. Canis est marina belua. terribilis ⁊ hostilis omni animanti. quod eius verberibus cedit. robustissimos habet branchos clauorum mõ formatos. Hij venantur ꝑ mare greges pisciũ instar canũ ĩ terra feras venantium. excepto ꝙ latrare nequnt

sed pro latratu afflatum horribilem hñt. Insequentes g̃ pisciũ greges ad loca angusta coartant et sic in coartatos crudeli morte grassantur. Piscatores vo loca notantes. in q̃bus absconditi pisces a fuga latebant. rethibus capiũt circũclusos. De vo belue difficulter multis tridẽtibus ꝯficiũt. Item canis marinus a similitudĩe moꝝ canis terrestris dr̃ eo .s. q̃ mordeat.

## Operationes.

A Avi. Fel canis marini vl' canis aque dixerũt esse venenũ: de q̃ si qs cõmederit q̃ntitatem lentis vnius interficit post ebdomadaz. B Sz cura eius est. vt bibatur butiꝝ coctũ vaccinũ cũ gentiana romana et cynamomo ꝛ iterum coagulum leporis.



## Ca. xviij.

Caucius. Capitatus et Carpera. Ex libro de naturis reꝝ. Caucius qui ꝛ glanis auersus mordet hamos mescatos. nec eos deuorat sz spoliat Actor. Scd̃m plinium per g ꝛ l in pma sillaba scribitur. vt lautius glancius. In li. vt supra. Capitatus est piscis admodum paruus: habens corpus prope ad reliqui corporis magnitudinem. os quoq; rotundum ꝛ amplum. hic in fluuijs habitans libenter sub lapidibus ꝛ iter saxa delitescit. In eodem libro. Carpera piscis est quasi squamis aureis in lacis vel fluuijs sic dcã quasi que carpens parit. cum enim oua in ventre ad pariendum apta dictante natura presenserit. marem suam odit. ꝛ ore innuit pulsu leni. vt adiuuet parituram. tũc ille loco feminis lac emittit. qd̃ illa suscipiens ore. statim oua parit in sobolem ꝑ futura: Nam oua parere nequit nisi prius ore semen r̃ceperit. Semen autem cum receptum fuerit. nõ solum ad partum iuuare videtur sed etiam ad oua concipienda ꝛ formanda. vnde soboles in ãno futuro speratur. Semini carpere nõnunq̃ in anno primo natiuitatis niger vermiculus. quidam post aurem suam tabificus innascitur. ꝛ hoc sepi⁹ post augustum. eaq; tabe moritur.

## Operationes.

A Remediũ eius est aqua dulcis ꝛ fluuialis. Huius soboles paucis aqũs ꝓuenit si in singulis fossis decem cubitorum recenter factis ponantur singule carpere cum paribus suis ante partum proxime. B Opinio vulgi est earum sic sobolez prouenire. sz postq̃ peperit eximunt. Soboles quoq; trium vel quatuor mensium tempore roborata. fossis reiecta reponit vbi habet crescere cum perfectis. C Habet hic piscis astutias multas. vt reti capiendus euadat cũ eñi rethe intrauerit circumiens foramen querit. Quod si non inuenerit. saltare nitit in auras liberas super rethe. vt extra cadat. D Aliquã do sub rethi r̃fugium querit. aliqñ herbã ore tenet in fundo aque. vt rethe superueniens elidatur. E Aliquando etiam a superis veniens cum impetu caput limo fortius figit. vt scz rethe per caudam transitus captione frustretur. F Hui⁹ cerebrum augmentum ꝛ decremẽtum lune crescere vel decrescere dicitur. G Et licet hoc sit in omni pisce. in hoc tamẽ magis. sicut inter quadrupedia i lupo. scz ꝛ cane.



Ca. xix.

Cetus. Ex li. de naturis rerum. Cetus est piscium maximus habens os in fronte magnũ et patulũ. et oris meatus strictos. In iuuentute dentes habet nigros: in senectute albos. Hij pisces aliquando fluctus haustos ita eructuant vt alluuie nymbosa plerumqꝫ classem nauigantium deprimant. sed et cum in mari tempestas oritur se super fluctus attollũt et cõmotionibus ac turbinib⁹ naues mergunt. Harenas aliqñ dorsis sustollunt. in quibus ingruente tempestate. Naute terram se inuenisse gaudẽtes. anchora iactis falsa firmitate quiescunt: ac ignes accẽsos belua sentiens. subito cõmota se mergit: et hõies cum nauibus in profundũ trahit Cetus postq̃ etatem annorum trium excedit. cum balena coit. et i ipo mox coitu virtute virge genitalis emutilatur ita q̃ vltra coire nequit. sed intrans alti maris pelagus intãtum excrescit. vt nulla hominũ arte capi possit. Infra tres igit̃ ãnos etatis sue capi potest: Capiunt̃ autem sic Piscatores locum vbi cetus est notãtes. illic congregãtur cũ nauibus multis. factoqꝫ circa eum fistularum ac tubarum ꝯcentu allicijunt insequentem. quia gaudet huiusmodi sonis. cumqꝫ iuxta naues herentem sono modulationis attonitum cernũt. instrumẽtum quoddam ad instar rastri dẽtibus ferreis acuminatum. in eius dorsuꝫ clam ꝓijciunt clamqꝫ diffugiũt: Nec mora si certum vulneris locum dederit. fundum maris cetus petit seqꝫ ad terram dorso fricans. vulneribus ferrum violẽter impellit. quousqꝫ perfossa pinguedine viuã carnem interius penetrauerit. sicqꝫ ferruꝫ subsecuta salsa maris aqua vulnus intrat ac vulneratum perimit. Mortuum ergo super mare refluitantem piscatores cum funibus adeunt. et ad litus cum magno tripudio trahunt.

## Operationes.

A Actor Cetus (vt fertur) quãdo ludit in mari signum est tempestatis. Idem et balena dicitur: Huius generis est aspido chelone. de quo dictum est supra. B Isidorus: Cetus autem vt legitur non comedit vt alij pisces masticando. cibumqꝫ dentibus cõminuendo. sed tantũmodo glutiendo. et intra corpus retinẽdo. C Itẽ hꝫ oris meatus vt dictum est strictos: Unde nõ nisi paruos pisciculos deglutit quos odorifero anhelitu suo attrahẽs ad se ac deuorans in vẽtrem suum mittit. Habet enim in gutture quandam pellem mẽbrane similem: que multis meatibus perforata. non sinit quicq̃ magni ingredi vẽtrem. D Jorath: Cum autem cetus sperma proijcit in coitu suo cum femina quod superfluit ex ipso spermate. supnatat aque et colligitur ambra. Platearius Ambra dicitur esse sperma ceti. vt superius dictum est in tractatu primo de herbis capitulo. xx. E Auicenna. Ambra vt estimo est manatio fortis in mari. melior est grisea fortis. deinde varia. post citrina. F Et adulteratur cum gipso et cera et laudano. Nigra specie mala est. De virtute ambre etiã supius satis dcm̃ fuit.





li.viij: In gãge indie stati⁹ sebo sus haud modico miraculo affert: vermis brãchijs binis: lx cubitoꝝ ceruleos q̃ nomẽ a facie traxerunt. His tantas esse vires vt elephã tos ad potum veniẽtes mordicus ꝯprehẽ sa manu abstrahant in ꝓfundum.





## Ca. xx.

Celethy ꝛ Ceruleo. Ex li. de na. rerum. Celethy ſm Aresto: est aĩal marinũ. q̃d p̃ter moreꝫ alioꝝ oua in matrice sua generat Quibus illic debi to tp̃e fortes exeunt vermes ex illis Quos cum pepernt incredibili celeritate. fiunt aĩalia pfecta parentibus similia: Cor ha bet magnũ: ꝛ tñ est valde timorosum: gra uiter dormit. ita vt manu capi possit. Are stotiles. Celethy est ex aĩalibus carneꝫ co medentibus. Celethy q̃dem hꝫ oua. vnũ completum intra quod ꝛ parit extra: Ce teri vero pisces ouãt extra oua incõpleta excepta rana marina. Oua hec post par uitatem cito crescunt sicut vermes q̃ gene rantur ex aĩali puo valde. deinde crescunt p se: Celethy non hꝫ alas: sꝫ hꝫ silẽm radi cibus in terra crescentib⁹ Generat ãt mul tociens scꝫ sex mẽsibus Exit a ꝓfundo ma ris ꝛ pullificat ꝓpe terraꝫ. q̃d facit ꝓpter calorẽ. ꝛ vt a pullis suis auferat timorem.

### Operationes.

A Ex li. de na. reꝝ: Ceruleũ ẽ monstꝝ in flumine gãge instar cancri. hñs brachia lõgitudie septẽ cubitoꝝ. q̃bus elephantẽ corripit ꝛ vndis submergit. B Pli.

## Ca. xxj.

Chilon ꝛ Circhos. Ex li. de na. reꝝ Chilon inter oĩm aĩalium genera non pascit: sed tm̃ hũiditate vis cosa que exit ab eo. cibat ꝛ nutritur. vñ fit vt hoc aĩal semp sit ieiunũ ꝛ tñ corpe vali dum: Nam ꝛ in femis videmus pl⁹ posse differri ieiunium p multos dies q̃ i viris ꝓpter supfluitates humidas ꝛ viscosas. que magis habũdant i eis. i. feminis.


### Operationes.

A In eodeꝫ li. vt supra: Circhos alias crichos: habet cutem testeam. lenẽ. nigrã ꝛ in aliqua pte rubeam. fissuras duas i pe de. que tres digitos faciunt. pedem dextꝝ habet paruum. sinistrum vero magnum: B Et ideo cum ambulat totum corp⁹ fert super sinistrum aere claro absolutus incedit. Commotis autem ventis appli catur lapidibus. ꝛ immotus quiescit.

Cuicunq3 rei adheret. forti applicati one adheret. B Et hoc mi⁊ est q̄ cla ro quidez t̄pe sui p̄tatem h3 tempestuoso aūt debilitatur ⁊ infirmatur. Caput hab3 humanū. reliquū vero corpus fere vt cāis marinus.

## Operationes.

A Rasi in almansore. Conche marine aduste abradendo purgāt dentes. B Ex non adustis aut attritis emplast⁊ fc̄m adustionem ignis sanat.





## Ca. xxij.

Conche. Pli. li. ix. Concha⁊ gene ra firmioris sunt teste in quibus magna varietas apparet luden tis nature. Tot colo⁊ differentie. tot figu re. inter quas principatum tenent marga rite. Ysido. Conche ⁊ cochlee inde vocate sunt: quia deficiente luna cauanē. i. euacu antur. Om̄i eñ clauso⁊ maris aīaliū atq3 concha⁊ in cremēta lune membra turgef cunt. defectu euacuantur. Nā luna cū in augmento fuerit. auget humorem. ⁊ cum in defectum venerit humores minuuntur Conche autē prime positionis nomen est Cochlee vero p diminutionē q̄si conchu le. Concha⁊ multa genera sunt. īter quas ⁊ margarite que celee esse dicunē. Fulgen cius. in li. mitilogia⁊. Concha marina to to corpore s. l'apro miscetur in coitū sicut iuba refert in phisiologis. Haly. Sa de phum. i. concha marina meli⁹ est albū.

## Ca. xxiij.

Cochlee. Pli. li. ix. Cochlee aq̄ tiles terrestresq3 sunt exerentes se domicilio. binaq3 ceu cornua p̄ tendentes contrahentesq3. oculis carent. Ideoq3 corniculis ea⁊ p̄tentant iter.

## Operationes.

A Idem in li. xxx. Cochlea⁊ cibus sto macho est vtilis. S3 in aqua oportet eas in tactu ea⁊ corpe subferuefieri. mox ī pru na torreri. ⁊ e vīo garoq3 sumi. laudatissi me sunt affricane. ⁊ ex insulis caprea⁊. B Idem in li. xxxij. Ictibus scorpionū carnes fluuialium cochlearum resistunt crude vel cocte. C Quida3 ob id sal sas quoq3 obseruant ⁊ imponūt ipsis pla gis precipiunt ⁊ cochlee crude carnē tritā bibere ex aq̄ calida in tussi cruenta.



## Ca.xxiiij.

C Onger. Corez. & Coruus marin⁹. Ex li. de na. rez. Conger est piscis marinus. vt murena long⁹. sꝫ corpore multo maior. Hic vento flante vehementi impiguatur. & eius carnes dulcissime sunt ad edēdum. Cū murena ceterisqꝫ piscibus inimicitias hꝫ. & intm̄ robustus est: vt polippum fortitudine dentiū lacere t. Pli. li. ix. Conger est piscis longus vt anguilla vel murena. flexuoso ī pulsu corporis. ita mari vtens natando. vt serpens terra rependo: Conger & murena mutuo odio flagrant. caudā inter se ṗrodentes. Congri mensibus hyemis iacent in speluncis conditi. nec capiunt̄ nisi dieb⁹ estatis: Pinneqꝫ vice pedum date sunt piscibus. hine sunt omino lōgis vt anguillis et congris. Polippum sua rodere brachia falsa opinio est. Id eñ a cōgris euenit ei. Naꝫ polippum lacerant cōgri. Polippum vo locusta pauet. locustam conger. in siccum repunt etiam congri.

### Operationes.

A Esculapius: Corez piscis est qui tp̄e pluuie in cauernis occultat se. Nam dum pluuia cadit sup eū & haurit eam. excecat̄ & postea moritur: B Isidorus. Coruus marinus a cordis voce dictus est. q̄ȝ pectore grunnit. suaqꝫ voce ṗditus capit̄ C Jorath. Pisces qui dicunt̄ corui quādo pullificant voce sua produnt̄: q̄ȝ semp gemitus vel grūnit⁹ ṗferūt & sic capiunt̄.



## Ca.xxv.

C Ocodrillus. Isido: Cocodrill⁹ a croceo colore dictus est. Gignitur in nilo. Et est aīal quadrupes in terra & in aquis valens lōgitudine plerumqꝫ cubitoꝝ. xx. dentiū & vnguiū immanitate armatum: tantaqꝫ cutis duricia vt q̄uis fortiū ictib⁹ lapidū tergo repcussus sit. non sentiat. nocte in aquis. die humi q̄escit. Oua in terra fouet. Masculus & femia vices seruant. hunc quidā pisces serratas hn̄tes cristam. tenera ventriū desecātes interimūt: Solus ex aīalibus supiorē maxillam moueȓ dr̄ Ex li. de na. reꝝ. Cocodrillus lingua caret. os patulum & aptum hꝫ, & hiatum vsqꝫ ad aures. per diem in terra quiescit adeo immobiliter. vt nisi consuetudinem eius precognoscas mortuū illū credas. Oculis clausis dormire se simlat. & aues hiatu suo pabuli gratia iuitat. q̄s ad escam descendentes perimit & trāsglutit. Quidam hoc animal sicut vrsam. sem

per crescere crediderunt. Circa nili ripas habitat in insula. gens hominum parua quidem. sed animosa. his beluis inimica Soli enim innatare flumen audent. in q̄ cocodrilli habitant. saliuntq̄ supra dorsa eorum. et illos inquietant. Arestotiles. Cocodrillus in aqua conuersatur. non tamē recipit aquam intra se sed aerem. et parit extra. habet sanguinē. duosq̄ pedes maiores. et caudam. omniaq̄ talia sunt fissi pedis. multorumq̄ digitorum. et participāt instrumentum sensus in lingua preter cocodrillum. Hoc etiam aīal non habet aures. sed foramina tantum que sunt vie auditus. nec habet mamillas. nec testiculos nec virgam apparentem extra sed intra. nec habet pilos. sed per totum corpus est corij squamosi. Habetq̄ dentes magnos et acutos et distinctos. habet etiam oculos similes porcorum. et habet culmos In aq̄ quidē debiliter videt. quia spissior ē aere Maior est eius mansio in die super terrā et nocte in aqua. quoniam aqua calidior ē de nocte. q̄ aer extra. Trochilos auis os eius apertum intrat. et eius dentes mūdificat. illorūq̄ sordibus se cibat. Cocodrillus autem in hoc sentiens iuuamen. non nocet eis. sed cum vult eas extrahere mouet collum. nec eas comedit.

## Operationes.

A Plinius libro. xxviij Cocodrillorum genus cuius vita est in aqua. et in terra cōmunis dentes e maxilla dextra. dextro lacerto adalligati coitus stimulare dicunt. B Lapillos etiam in vētre illius exemptos aduersus horrores febrium venientes pellere tradūt. C Et ob hoc egipcij suos egros ipsius adipe perungunt. D Dyascorides. Fimus cocodrilli terreni collectus. et succus adhibitus gratū vultum ac niueum facit. maxime si albus ac lenis fuerit. et in aqua missus cito se soluerit. E Auicenna. in. ij. libro. Stercus cocodrilli valet albugini oculi.



## Ca xxvj.

Draco marinus. Ex li. de na. rer. Draco marinus est monstrum crudelitate horridum. instar draconis terrestris in longitudine extēditur. alis caret. caudā habet tortuosam. caput p̄ sui magnitu corporis paruū. sed hiatum oris horridū squamis et cutem duras pinnas autem h̄z p̄ alis. quib9 vtitur in natādo. vno īpetu magna maris spacia trāscurrit. et hoc potius robore virium q̄ remigijs pinnarū. Pestifer est hōibus et etiam piscibus morsus eius Mortem em̄ infert. Ysidor9. Draco marinus est in branchijs aculeos habz ad caudā spectantes. Qui dum percusserit quaq̄ ferit. venenum fundit. vnde et vocatus est.

## Operationes.

A Pli. li. ix. Draco marin9 captus et immissus in arenā. cauernā sibi rostro mira celeritate excauat. B Idē li. xxvij. Absinthiū aduersat draconi marino. C Idē li. xxxij. Carnes etiā stelle marie valēt ꝯ marini dracōis ict9 īposite. D Imponunt q̄z ꝯ eū sallamenta ex aceto.

E ¶ Item draco marinus ad spine sue q̄ ferit venenum: ip̄e ꝓdest impositus. ¶ F Avi. in. iiij. canōe. Morsus draconis marini similiūq; magni corpis serpentiū curatur in q̄ntum est vlcus tm̄. nō in q̄ntum est venenū de q̄ sit curandū. G ¶ Draconis q̄dem marini morsus (vt dixerūt) liniatur cū sulphure ⁊ aceto. H ¶ Conferunt ei adipes cocodrilli emplastratus ⁊ plumbū fricatū sup ip̄m. I ¶ Idē in ij. Draco marinus vt ait Gal'. findit̄ ⁊ ponitur sup morsum suū ⁊ confert. ¶ K Succus etiam absinthij ꝯfert ei⁹ morsui. L ¶ Stanni q̄z cerusa: confert sup pūcturam eius confricata.



## ¶ Ca. xxvij.

Delphin. Actor. Delphin⁹ frater hōis dr̄. quia moribus humanis quodāmodo assimilat̄. Ex li. de na. rer̄: Delphinus ꝑ voce gemit⁹ est illis humano similis: ⁊ hoc q: pulmonē habēt ⁊ venam asperam. ⁊ eoꝝ lingua nō est absoluta. nec eoꝝ labia ꝓueniūt vel ꝓminēt ad distinguendam vocē. Aures nō hn̄t s; auriū loco foramē. Hoꝝ āt olofactus nec vestigia q̄dem h; cū tn̄ sagacissime olofaciunt: dormiūt sup aq̄s vt pn̄t audiri stertere. Viuūt vsq; in ānos. c. xl. Mulcent̄ musica. vnde artionem cytaristā in mari nautis interficere parantibus obtinuit ab illis vt prius cythara caneret. Ad cuius cantū delphinoꝝ gregibus ꝯgregatis cū i mari se p̄iecisset ab vno exceptus est ⁊ ad litus ꝓiectus. Solus delphinus vt dicit Arestotiles inter pisces felle caret. Arestotiles Delphinus valde diligit filios suos. Et ideo longo tp̄e pascit eos. Solus inter pisces aīal ꝯpletum generat. ⁊ h; mamillas lactatq; fetus. Idem. Mortuo deniq; delphino. ceteri delphini ꝯcurrunt. ipsumq; circūdātes in ꝓfunda deferūt atq; sepeliunt. ne a piscibus ꝯmedat̄. Item Delphini parui semp simul sunt tanq̄ƺ gregel. Et habent duos mag̃s delphinos custodes. q̄ƺ si q̄s eoꝝ mortuus fuerit. alij sup scapulas eum efferūt ipsumq; custodiūt. ne ab alijs piscibus ꝯmedat̄. donec tempestate maris ad littus eijciatur. Inuicē em̄ semiro mō diligunt. Vn̄ Plinio testāte narrat̄ q̄ƺ delphino capto a rege charie: cōuenit ingens multitudo reliquoꝝ ad portū vbi delphinus ligatus tenebat̄. q̄bus plāgentibus ⁊ quasi miseratōem poscētibus. rex eum dimitti p̄cepit. Phisiologus. Delphini oculos hn̄t in dorso: ⁊ ora in p̄te opposita. vn̄ nō bn̄ p̄dam suā capiūt ꝓpter distortionem oris a p̄te oculoꝝ: hinc est q̄ƺ ora sua conuertunt ad celū ⁊ dorsum. oculosq; ad terrā. vt p̄dam suā ꝯsequant̄ Imminente tempestate ludūt apparētes i verarum sup̄ficie. Subsidiū vo naufragantibus exhibuisse dicunt̄. ferunt̄ etiā plorare q̄n capiunt̄.

## ¶ Operationes.

A ¶ Plinius libro: xxxij. Delphini cinis ex aqua illitus lichenas ⁊ lepras sanat. Porro exulceratiouem sequi deb; curatō: que perducit ad cicatricem. B ¶ Quidam vero delphinum in fictili donec pinguedo similis oleo fluat. ponūt l' coquūt

# De Piscibus.

ac perungunt ¶ C ¶ Circumitus autem febrium tollit delphini iecur ante accessionem gustatum ¶ D ¶ Adeps delphini liquatus et cum vino potus ydropicis medetur. ¶ E ¶ Gingiuis autem atque denticionibus plurimum confert dentium delphini cinis cum melle. et si dente ipso tangantur gingiue ¶ F ¶ Idem adalligatus pauores tollit repentinos.



## ¶ Ca. xxviii.

Dentrix. et dies. Ex li. de na. rerum Dentrix alias dentix vel pagrus a re nomen habet: quia dentes habet magnos multos ac duros. quibus grassatur in ostreas. et pisces innocuos. Actor Nota ergo quod dentix idem est quod pagrus de quo etiam loco suo dicetur inferius Ex libro. vt supra: Dies est piscis marinus vt dicit Aresto. sic dictus. quia post perfectionem suam non viuit nisi per vnam diem. Habet tamen alas duas et duos pedes: et sanguine caret Hoc idem dicit Albertus in libro. suo de naturis aialium.



## ¶ Ca. xxix.

Eracboides Erochinus et ericius. Albertus in li. de naturis aialium. Eracboides. vt dicit Theofrastus. pisces sunt in ponto circa eracham morantes: hic piscis multum sequitur aquam dulcem. ita quod terram icidens de aqua transit ad aquam. Et aliquando in cauernis latitat. vbi amnes sub terra confluere inuenerit. In li. vt sup. Erochinus piscis est archadie. vt dicit Pli. vel potius aquaticum et quod propter somnum de aqua exiit ad siccum nec viuere potest sine somno. In eodem libro vt supra. Ericius est piscis maris habens caput et os inferius. et exitum superfluitatum superius. contra aliorum dispositionem animalium. suis spinis vtitur loco pedum. et ceteris piscibus est horrori. Et sicut dicit Plinius habet carnes rubeas sicut minium.





## Ca.xxx.

Elcus. 7 Exposita: Elcus est vitulus marinus. de q̊ in p̄habitis libris multa diximus. Hz aūt pellē pilosam albis nigrisq3 maculis distinctā. Hoc animal parit in terra 7 lactando mā mis nutrit vitulos nec ante. xij. dies ducit eos ad mare 7 difficulter ī̄terficit̄: nisi ict⁹ in caputi locum cerebri 7 vibret̄. In somno ita alte stertit q̄ stertio mugitus esse videtur. grauissimo enim somno: inter omnis deprimitur animalia. vnde pinna ei⁹ dextra quibus ad natandum vtitur dicū tur esse somnifere. tympari hominis sup̄ ponātur. Huius animalis pili in corio ex coriato vbicunq3 fuerit compositō e 7 erectione indicant fluxum 7 refluxum maris Et hoc faciunt coria etiam aliorum marinorum que pilosa sunt: In libro vt supra. Exposita vt dicit plinius bestia est in maris illam partem que in iudeam 7 oppen attingit aliquando inuento que multos 7 latissimos habet dentes 7 pinguedinez 7 est de genere cetorum.

## Ca.xxxj.

Eceola. Ysido. Eceola dr̄ concha margaritifera. in cuius carne p̄ciosus calculus solidatur De his em̄ tradūt hij q̄ de aīantiū naturis scripserunt. q̄ nocturno t̄pe littora appetunt. 7 ex celesti rore margaritam concipiunt vnde 7 aceloe nōiant̄. Solinus. Conche certo tempore anni tempore luxuriante ꝯceptu faciunt. rorem velut maritum Cuius desiderio biant 7 cum maxime linquitur iber lunaris: oscitatione quidam hauriūt humorem cupitum

## Operationes.

A Sic ergo concipiunt. grauideq3 fiūt 7 de sagine qualitate. redit habitus vnionis. Nam si clarum fuerit. quod accepert candicant orbiculi: B Si vero turbidum. aut pallore languent. aut rufo in nubilantur Ita de celo magis q̄ de mari partus habent. C Item gregatim natant 7 que magis inter illas experta est gregem ducit. que si capta fuerit. cetere diffugiunt:

# De piscibus.



## Ca.xxxij.

Equus marinus Equonil⁹ ⁊ equ⁹ fluminis: Ysi. Equi marini vocati sunt. eo q̄ p̄ma parte equi sunt. postrema vero soluunt̄ in piscem.

## Operationes.

A Ex li. de na. rer. Equus marinus est monstr̄ fortissimū. nihil extra aq̄ p̄t. vt dicit Aresto. s3 statim vt aquar̄ caruerit natura. carebit ⁊ vita. B Alior̄ piscibus carniū viuit. In pugna crudele est. s3 hōiem timet ⁊ ꝯ eū partiri bella formidat C Idem. Equonilus vt dicit Michael monstr̄ est ingens ac fortissimū in nilo habitans D Crura pedes ⁊ vngues h3 vt cocodrill⁹. s3 multo maiora. Humanar̄ mortiū cupidissimū est. Nā cū ei nauis in portu occurerit vnū pedē in terra figēs: altero nauem in anteriori arripiēs facillime scindit vel inclinatā aliq̄n mergit E Vn̄ in locis in q̄bus habitat īmanis multitudo hōim p̄dit̄ p eū. s3 hoc malū rarissime inuenitur. F Nullus capi possit instrumentis nisi rethi ferreo ex cathenis apd̄ damascenos ī hoc opus fabricatis Captū q̄3 malleis tm̄ ferreis occidit̄. Pell' ei⁹ vni⁹ cubiti spissitudinē h̄re dr̄ tanteq̄3 esse duricie. vt nullo iactu ⁊ armatura penetrari possit. G Idem. Equus fluminis. vt dicit Aresto. est monstr̄ in oriente forma mirabili sublimis faciei. H Crines h3 vt equus. pedes fissos ⁊ sotulares vt vacca. caudam vt porcus. I Coriū ei⁹ valde grossu3 est: interiora eius vt equi. magnitudo aūt vt azini. hinit vt equus. in terra ⁊ in aq̄s eq̄liter manē dr̄.




## Ca.xxxiij.

Effimerion. ⁊ Escarus Jorath Effimeriō piscis est q̄ sine coitu nascit̄. ⁊ cū p tres horas diei vixerit morit̄. Ysidorus: Escarus dictus ē eo q̄ salsus escam rumiare p̄hibet̄. Tradunt āt hūc ingeniosum esse. inclusum q̄ppe nassis. non fronte erumpe. nec infestis viminibus caput inserere. sed auersum caude ictibus crebris laxare fore ⁊ ita retrorsum redire fert̄. Quem luctar̄ ei⁹ si forte alius escarus ītrinsecus videat app̄hensa mordicus cauda. nisus erūpētis adiuuare dr̄.

## Operationes.

A ¶ Serapion aucto. Dyasco. Uirtus huius lapidis ⁊ floris eius est ꝙ curat vlcera profunda que sunt difficilis sanatōis. quando est siccus. ⁊ aufert carnem supfluam que fit in eis que est similis fungi.

B ¶ Et curat vlcera fraudulēta; ⁊ replet ea carne ⁊ mundificat ea.

C ¶ Et quādo admiscetur cum melle ⁊ aceto cōuenit vlceribus fraudulentis. ⁊ non sinit ea augeri in corpore.

D ¶ Et quādo admiscetur cū farina fabarum. ⁊ fit inde emplastrum. podagre cōuenit multum.

¶ E Et conuenit duriciei splenis. Et quando cum eo fit loboc cum melle cōuenit vlceribus pulmonis.

F ¶ Et cum ponitur ex hoc lapide sup scabello super quod tenēt podagrici semper pedes dr̄. conferre eis.

G ¶ Et quando puluis eius aspergitur super corpora pinguia ī balneo loco nitri extenuat ea.

H ¶ Et qui vult abluere lapidem hunc aut florē eius; abluat sicut lauatur climia.



## Ca.ix.

Abeston. Albertus in lapidario suo. Albestō est coloris ferrei fm plinium. in arabia innenitur.

## Operationes.

A Albertus. Uirtus mirabilis eius in templis deorum est manifesta. eo q semel accensus vix aut nunq poterit extingui. eo q naturam habet aialis qd salamandra vocatur cum modico humidi vnctuo si pinguis inseparabilis. Ysido. Albestō est Archadie lapis ferrei coloris ab igne nomen sortitus eo q accensus semel nūq extinguitur.



## Ca.x.

Aquile lapis est. Ut dicit Serap. libro aggregatoris: caplo hager athamach: i. lapis aquile. Et est lapis indus qui cum agitatur. audit̄ itra ipm lapis alius 7 minera eius est in montibus indie inter chinoas 7 sarandi iuxta littora occeani. Et vocatur a grecis alleui a᷑s partū. 7 hec ꝓpetas est inuenta in hoc lapide aquile. Et idē aucto. Rasis. Athamach est medicina indie 7 est lapis simil' castanee. nisi quia habet colorem vellereū 7 qñ agitas ipm auditur intra ipm lapillus. et qñ frangis eum egreditur ille lapillus. 7 est sicut auellana vergens ad albedinem. Et idez Rasis li. de ꝓpetatibus dixit q est lapis similis ouo. 7 q habet intra se lapillum. Albertus i lapidario suo. Echites lapis. i. aquile 7 est gemmarum optia 7 est coloris punicei: 7 vocat̄ a quibusdaz aquileus. 7 ab alijs erodialis. eo q aquile hunc ducunt ad nidum suū iuxta oua sua collocantes. eundem sicut grus inter duo oua que facit collocat. Hoc eñ expertum ad sensum in colonia vbi grues fetus fecerunt multis annis in quodam orto. Inuenitur autē lapis aquile iuxta litora occeani vbi est optimum genus echideoꝝ qui sunt heredes auium. Dr̄ autem q in psyra aliqñ inuenitur. Est autem modus eius q in se continet alium lapillum qui in ipso sonat quando manu mouetur.

## Operationes.

A Serapion. Hic lapis aquile dicitur Nam cum aquila vult parere oua sua defert hunc lapidem masculis a partibꝰ Indie. 7 supponit eum aquile. 7 facit eū parē facile. 7 alleuiat eius dolorem. 7 hoc idez facit mulieribus: 7 oïbus aialibus quādo ponitur sub eis in hora partus. B Et idem aucto. Rasis. Qñ ponitur in pecia 7 suspenditur mulieri in coxa qñ debz parere facit accelerare partū cū facilitate. C Et sum expertus hoc 7 inueni sic esse 7 omnes concordāt in hoc q alleuiat partum quando alligatur coxe. 7 iuuat quando ponitur loco peonie. inuenitur ad curandum. Iste lapis inuenitur apud nos. 7 q plures. verificaui de eo multociens experientiam: D Enax in lapidario suo. capitulo de lapide aqle ait. q suspensus in sinistro brachio. conuenit pregnantibus. 7 conciliat amorem. diuicias augz vbi fert̄. 7 in pregnantibus impedit aborsum. 7 periculum parturitionis mitigat.

E ¶ Prohibet casum caducorum. similiter si de administratione veneni aliquis suspectus sit in cibo illo prohibet ne possit ab eo deglutiri cibus ille. Si lapis subtrahatur mox deglutiet. F ¶ Albertus. Fertur autem quod si suspensus in sinistro brachio conuenit pregnantibus et conciliat amorem et diuicias auget vbi fertur.

G ¶ Et in pregnantibus impedit aborsum et periculum parturitionis mitigat. Et ait quod prohibet casum caducorum similiter. H ¶ Et quod mirabilius est tradunt caldei quod si de administratione veneni aliquis suspectus sit impositus in cibo illo prohibet ne possit deglutiri cibus. et si lapis subtrahatur mox deglutitur. Hoc dicit Albertus se vidisse a quodam fratre suo sensibiliter probari seu examinari.

I ¶ Querunt autem aquile hunc lapidem et ponunt nido suo. et grues inter oua sua sed in vno anno ponunt vnum. et in alio alium. K ¶ Dicunt autem quidam quod faciunt ad mitigandum calorem ouorum. vel corporis aquile ne oua nimis calefiant et hoc est probabile. L ¶ Quidam autem dicunt aliquid conferre ad eorum formationem aut viuificationem: quod autem quidam dicunt quod lapis ab alijs auibus ouis interponatur ne oua frangantur falsum est. quia citius ad lapidem quam ad se ipsa collisa franguntur M ¶ Aiunt autem aliqui quod si aliquis suspectus de administratione veneni cum lapis iste cibo immittitur statim a cibo strangulatur. et quando subtrahit transglutit cibum in quo positus est lapis.



## ¶ Ca. xj.

Astrion. et Asterites. Ysidorus Astrion gemma est cristallina in India. cristallo propinqua: in cuius centro fulget stella lune pleno fulgore nomenque eo sumpsit quod astris opposita fulgorem rapit et gerit. Plinius. In carmania nascitur gemma que astrios vocatur. similiter vt astiria vel astirites candida cristallo propinqua: In india vero nascens et in pallenes littoribus astrios. Quidam autem causam nominis huius reddunt. quod astris opposita fulgorem rapiat et gerat. Optimam autem in carmania nulliusque vicio obnoxiam gigni. Idem Ysidorus. Asterites est gemma candida lucem continens inclusam veluti stellam intus ambulantem. solisque candidicantes radios reddit: vnde et nomen inuenit. Plinius. Proxima candidicantium gemmarum est asteria. principatum habens proprietate nature. quod inclusam lucem pupille modo quodam continet et transfundit cum inclinatione. velut intus ambulantem. ex alio atque alio loco reddens.



## Ca. xij.

Arena. Ysidorus. Arena ab ariditate dicta est. huius probatio est. si manu pressa strideat aut in veste candidam sparsa nil sordis relinquat. Vitrubius. Alia est arena fossicia. alia fluuiatica vel marina. Arene fossicie sunt hec genera. scilicet nigra. cana. rubea. carbunculum. Ex his optima erit que in manu confricata stridorem fecerit. que autem terrosa est asperitatem non habet. Item si in vestimentum candidum coiecta fuerit arenaria. Unde fodiatur tamen de fluminibus et e glarea extrahatur. hec tamen in structuris odiosa est. quia difficile siccessit nec onerari se continenter paries patitur. nisi intermissionibus requiescat. nec concamerationes recipit. Marina vero hec amplius et etiam parietes cum in his tectoria facta fuerint remittentes salsuginem eorum dissoluuntur. Siccescunt autem celeriter fossicie. et tectoria permanent. et concamerationes patiuntur. Sed hee que sunt de arenariis recentes. si cum exempte diutius iacent a sole et a luna et a bruma coacte resoluuntur et petrose fiunt. Ita quod in structuram coniecte cementa continere non possunt sed labuntur et ruunt oneraque parietum sustinere non possunt. Palladius de agricultura libro primo. Omnium arene generum precipue melior est russa. sequentis meriti cana. Tercium locum possidet nigra. Et fossilis arena non inuenitur. De fluminibus autem glarea vel litore colligitur. Marina quidem tardius siccatur. Ideoque non continue. sed intermissis temporibus est construenda ne opus corrumpat onerata.

## Operationes.

A. Ex li. de naturis rerum. Arena sparsa super flammam inextinguibilem extinguit eam. B. Dyasco. Arena maris que in littore est sole calefacta carnes humidas desiccat. C. Iterum cocta sacellis ad compescendum tumorem intraneorum iuuat.



## Ca. xiij.

Argilla. Bartholomeus in libro de proprietatibus rerum. Argilla est terra tenax glutinosa et viscosa. ad varia figulorum opera disposita atque apta. et secundum Ysidorum libro xvj. capitulo primo. ab argis sic vocata. apud quos primo ex tali materia vasa fictilia sunt effecta. et vt ibidem dicitur talis terra per actionem caloris

liquidiores partes cōsumentis ⁊ terrestri ores consolidantis in laterem cōmutatur Sepe etiam contingit q̄ talis terra lutea vnctuosa frigiditate aque congelante in lapidem cōmutatur. Sepe etiam accidit talis transmutatio scȝ luti vnctuosi ī lapidem ex calore coagulante. sicut enim dicitur. libro. iiij. metheoroꝝ: Lutum vnctuosum aptum est huic transmutationi. scȝ in lapidem per calidi coagulationē. quare vnctuosum est medium inter viscosum et vaporatiuū. habens humidum viscosum Unde gratia vaporatiui potest a calido coagulari. gratia viscosi non potest ex toto educi sed amplius comprimi ⁊ consolidari. ⁊ sic in lapidem transmutari.

## Operationes.

A Ubi dicit cōmentator. Argilla est frigiditate sua sanguis restrictiua. B Constantinus. Argilla si cum forti aceto fuerit distempata apposita fronti et tymporibus ꝓhibȝ sanguinē narib⁹ fluētem.



## Ca. xiiij.


Armenus fm̄ Pliniū proprio capitulo. Lapis armenus est dict⁹ ⁊ nominatus a regione illa: ⁊ est liuidus ⁊ subalbidus. cuius melior est habens colorem medium inter viridē obscurum terreum ⁊ indum. ⁊ habet macularū distinctiones virides ⁊ nigras: Auicēna li. ij. capitulo de lapide armeno est aliq̄ntulum azulini coloris. non tamen est in colore azuli: ⁊ non est in eius soliditate. ſȝ est in eo arenositas quedam. ⁊ quādoq̄ vtitur eo tinctores ⁊ pictores loco azuli ⁊ est lenis tactu.

## Operationes.

A Johannes Mesue. Lapis armenus inquit Alexander a verificatoribus est inuentus habere ꝓrogatiuam in educendo coleram nigram cuius operatō incolumior est ellebоro nigro. et virtuosior lapide lazuli. melior est habens colorem mediū inter viridem obscurum ⁊ terreum ⁊ indū ⁊ habet macularum distinctiones virides ⁊ nigras. ⁊ qui non est in termino lapidis ymo facile dissolubilis puluerisabilis. B Et qui est lenis tactu carens asperitate calide complexionis in principio secundi ⁊ sic. in ipso. C Et est resolutiuus abstersiuus et est conturbantibus et subuertentibus stomachum ⁊ educit per vomitum ⁊ vētrem. ⁊ nocet stomacho generans subuersionem ⁊ faciens solutionē cum angustia. D Et dixit Alexāder Non lotus soluit per vomitum ⁊ per ventrem sine molestia. E Ars autem in lauando ipsum est hec teratur cum facilitate in vase lapideo deinde fundatur sup ipsum aqua dulcis ⁊ lauetur sic terendo ⁊ fiat illud trigesies semꝑ innouādo aquaȝ ⁊ adhuc decies lauetur cum aqua rosaꝝ. F Et dixit Alchindus. Lauetur cū aq̄ buglosse post depurationem eius. acquiritur enim ei proprietas mirabilis ex hoc ad egritudines melancolicas. G Auicenna. Soluendo educit melancoliā plus q̄ lapis lazuli. ⁊ propter ip̄m dimittitur elleborus niger. H Johānes mesue. Educit solutione coleram nigram. cū virtute ⁊ mundificat cerebrum ex ea ⁊ valet. ad egritudines eius melancolicas. sicut est mania ⁊ vertigo ⁊ dolor capitis. et epylētia. I Et ad egritudines timo

# De Lapidibus.

ris 7 suspitionis. 7 ad lepram 7 ad egritudines splenis 7 ad cancrum. 7 morpheam: 7 febres melancolicas. K ¶ Dosis nō loti potio est a. ℥. ß. vsq ad. ℥. j. ß. 7 loti potio est a. ℥. j. vsq ad duas.




## ¶ Ca. xv.

Antimoniū latine: grece antimonos. arabice aytruad: Antimonium est vena terre similis plumbo. verū est q antimoniū teritur 7 non funditur. plumbū vero fundit 7 non terit. Et hȝ in fracturis suis claritatē qn̄ frangitur Et illud est melius qd in fracturis suis nō hȝ aliqd ex terra vel aliq sorde. 7 ideo ablutum 7 mundū debet poni in medicinis. Est fri. 7 sic. in. iij. gradu. Sera. li. aggre. cap. Aytruad vel antymoniū est vena terre similis plumbo 7 est medicina ocularis qd decernitur a metallo. quia antimoniū teritur. metallum vero nō. similiter metallum funditur. antimonium adoritur. Antimonium quanto clarius tanto melius Et idem auctoritate Dyas. Melius ex eo est fortius. 7 illud qd frangitur. 7 habȝ in fracturis suis claritatem 7 luminositatē. 7 quod est interius mundum. 7 non habȝ aliquid admixtum ex terra vel sorde aliq. Almansor tractatu tercio. capitlo de antimonio. Antimonium fri. 7 sic. est in. iij. g.

## ¶ Operationes.

A ¶ Ad emorroidas exiccandum iniciatur succus peucedani per cristere 7 postea si sint exterius pone puluerem antimonij desuper Si sint interius. puluis iniciatur cum calamo posito in vesica inflata. B ¶ Puluis eius cum sapone spataréto vel gallico cōficiatur. 7 liciniū in eo intinctum orificio fistule immissum curat. Puluis eius in cancro positus comedenti aut carni superflue optima est cura. C ¶ Contra polipum magdalino ex apostoli con formatus ī sparso puluere antimonij 7 naribus immittat. 7 aufert ipm. D ¶ Collirium ex puluere antimonij. et puluere nuclei. mirabolanoꝝ citrinoꝝ equo pōdere. addita aqua rosaꝝ. vel pōe de tutia cum antimonio. E ¶ Bōbix intincta i succo sanguinarie cum puluere antimonij. naribus immittat 7 remouet fluxum sanguinis ab ipo. F ¶ Ad cohibendū sanguinem. puluis antimonij in succo tapsi barbasti conficiatur 7 bombix intīcta superponatur. G ¶ Serapion aucto. Galieni. In hac medicina est v̄tus stiptica. et conglutinatiua et infrigidatiua: aufert carnem superfluā que est in vlceribus 7 incarnat 7 consolidat ea. 7 mundificat sordicies eorum. H ¶ Et stringit fluxū sanguinis narium. 7 pprietas eius est cōferre epylentie 7 superfluitatibus grossis I ¶ Almansor. Antimonium oculū efficiens robustum ipsius custodit sanitatē. suppositum quoq menstrua constringit. K ¶ Paulus capitulo de antimonio. Antimonium sua frigiditate et siccitate sanguinem de naribus stringit 7 valet si misceatur collirijs oculoꝝ. L ¶ Seniores eo vtentes habent oculos incolumes. qa neruos confortat 7 omnem maculā. 7 nocumentum aufert maxime si parum de eo misceatur.



## Ca.xvj.

Attramentum. Ysido. Attramentum sic dictū est eo q̄ sit atrum Cuius species ꝛ picture ꝛ quottidiano vsui necessaria est. Ex li. de aluminib⁹ ꝛ salibus. Attramentum est aqua ꝛ tinctura: quā terre siccitas coagulauit. Et est in sui natura calidum et siccum. Huius multa sunt genera. quoꝝ meli⁹ est in hispania Et ip̄m qdem denigrat corpora. Et augmentat rubeum rubedine. Albū vō denigrat. Ex li. iiij. metheoroꝝ. Attramenta composita sunt ex sale ꝛ sulphure ꝛ lapidibus: Et est in eis vis aliquoꝝ corpoꝝ liq̄bilium: qn̄ ex eis fiunt. vt calcantū et abachar generantur ex maioribus granis attramenti Et non soluitur salsedo eius nisi cum eo q̄d in illo est sulphureum ꝛ postea coagulat̄ residuū. Illudq̄ iam cepit vim mineralem in aliquibus corpibus. Quod autem ceperit vim ferream erit rubeū aut croceum aut calathar Quod āt vim ereā erit viride sicut calcantum Unde possibile est illa duo artificialiter fieri.

## Operationes.

A Auicenna in. ij. canōe. Attramentū calidum est ꝛ siccum in tercio gradu. B Omnia sunt adurentia ꝛ stiptica. scabiei conferunt humide ac duricici palpebraꝝ. ꝛ asperitati eaꝝ. aut apostematibus iguinis. C Est aūt in attramento virtus venenosa desiccans pulmonem ita q̄ fortasse interficit. D Suff lat aūt in naribus propter fluxum sanguinis ꝛ ꝓprie althochotar. ꝛ quo etiam fiunt licinia. E Et ponuntur in fistulis. ꝛ extirpant ventositatem. Licinium q̄z ꝯfert vlceribus auris ꝛ saniei eius. ꝛ ꝓhibꝫ corrosionem dentium F Item in ipso sunt adustio vehemens ꝛ cursuū sanguineorum constrictio ꝛ exiccatio. ꝛ stipticitas plurima G Confert formice ꝛ bensi pile qn̄ linitur cum aqua coriandri. puluerizatur autem super fraudulentum vuln⁹ ꝛ ambulatiuū. adurit carnem additam H Confert etiam fluxui sanguinis narium ꝛ apostematibus gingiue. I Et prohibet fluxum matricis. ponitur etiam in alcofol ad abstergēdum ꝛ subtiliandū grossitudinem palpebraꝝ. Hoc idē dicit Plinius licet per alia verba.



## Ca.xvij.

Alumen Ysido. Alumen vocatur a lumine quia lumē prestat coloribus tingēdis. Est autē salsugo terre efficiturq; hyeme ex aqua & limo. et estiuis solibus maturatur. Huius species due sunt. Liquidum & spissum. Dyascorides. Aluminis species multe sunt. sed medicine tres necessarie. rotundū scissum & liquidum. Rotundum pbabilius est quod naturali rotunditate formatū ē. fistulosuz subalbidum fricabile non lapidosum. aliqua ex parte palidū; pingue scz & vehemē terre darguens. Scissum aūt optimū est. q̄d est quasi flos albus. rotundi leue. &c. Liquidum deinde melius est q̄d est leue perlucidum in summo aliquid in moduz floris. quasi lac habens. Rasi in li. de Aluminibus & salibus. Alumen est oleum q̄d coagulauit siccitas terre & est in natura sui calidum & humidū. retinet omne volatile mundificat & decorat corpa. & augmētat tincturam eoꝝ. Alchimista. Alumē large sumpto vocabulo. dr̄ omē qd ligat tincturam in corpe aliquo. vt in pannis & corijs Et sicut sunt diuerse tincture sic & alumia diuersa. Nam tinctura quelibet alumine suo indiget. sine quo imprimi non posset. vel cum corpe ligari. Un̄ non (vt quidam putant) alumen dat lumē. sed facit adhere re lumen. i. colorem: sicut apparet in corio. q2 nō p̄patur cū galla si nō imprimit̄ tinctura Itaq; galla est alumē tincture nigre. sicut cinis clauellatus est alumen gladij. Alumen quoq; de quo agit̄ est alumē rubee tincture. licēt alumen non rubificet nisi album.

## Operationes.

A Platearius. Alumen calidū est & siccum in tercio gradu: virtutem habet consumendi & vehementer desiccandi. B Quod albū est meli⁹ est ac acutu & salsugini imixtū. Nō āt feculentū & cereū ē impurum. vsus ei⁹ ꝯ cancꝝ. & inflationes gingiuarum. & ꝯ scabiē. Balneū aq̄ aluminose valet ydropicis. scabiosis arteticis. C Dyasco. Omne autem alumen virtutem habet constrictiuam. & vehementius consumptiuam. Medet̄ deniq; putredinib⁹ & sanguinis fluxibus. D Gingiuis humectis seu dentibus mollibus cum aceto vel melle. E Idem Auriū fluxus cum succo poligonie curat. Carnes quoq; supfluas & putores alaꝝ vl' inguinū sanat F Auicenna. Alumen est ca. & sic. ad. iij Exiccat & pbibet fluxū oīs sanguinis & cursum supfluitatū & effusionem eaꝝ. G Cum aqua interficit alkarad. i. cimices & pediculos. & fetorem oris tollit cum fece vini tantūdem aluminis desiccat vlcera difficilia. cum salgēma valet corrosioni & adustioni ignis. H Ex libro de naturis rerum. Uniuersaliter alumen calidum & siccum est in quarto gradu stipticum & mūdificatiuū. & visus obscuritatis clarificatiuū superfluam palpebrarū carnem aut membrorum corrodit. I Pessima & sicca vulnera inhibet ne corpi perambulent: K Cum aceto & melle mixtum dentes confortat infirmos Et valet tumidis gingiuis.



## Ca. xviij.

Aurum. Ysidorus. Aurum ab aura dicitur. i. a splendore: quod repercusso aere plus fulgeat. Ex libro de naturis rerum. Aurum invenitur in rivulis et in fontibus. et etiam in montibus quandoque: sed raro. multus autem labor est in lavando. Sed et per multas minutias terre. et in eius sordibus invenitur sociatum: invenitur tamen purum et non terre vel bituminibus. in se admixtum. sicut es vel argentum. Item in eodem libro. Aurum ceteris metallis est preciosius. durabilius et tractabilius, omni tempore fulget et coinquinatum rubigine non consumitur. visum fovet. Et quanto rubicundius est tanto melius. In duplo quoque ponderosius est quam argentum aut es aut stannum. Cumque sit generosissimum super omnia metalla nihilominus est maxime ductibile super omnia. Omni metallo temperatius est. Et ideo quia caliditas eius modici est excessus. non locatur in gradu. solum quoque non resolvitur. Actor. Aurum itaque non solum est inter metalla precio sissimum sed etiam solidissimum. habet colorem igneum splendidum foventem visum In igne positum non comburitur. sed purgatur et probatur: Itaque triplici de causa in igne ponitur. ad examinandum: ad purgandum et ad fabrificandum Sed et humano corpori maxime congruit. unde in cibo sumptum iuvat multum. Arestotiles. libro tercio. Aurum profecto liquatur calido. et si fuerit sulphur mundum et purum. et argentum vivum optimum cum rubore clarum. fueritque in eo vis igneitatis simplicis non urentis. erit res optima quam recipere possunt alchimiste. ut ex ea fiat aurum. hoc enim ipsum convertet in aurum. Avicenna. Aurum multiplex est scilicet. naturale. magistrale. xirchi. Zafri obrizum. colon. et alijs modis. Et illud quidem quod est de alexir valet magis quam aurum acre. quo non potest operari. Aurum autem de alexir est tribus modis. scilicet. de petra capillorum et sanguinis et ovorum. Non enim potest aurum esse aurum de alio lapide. Quidam autem faciunt falsum aurum sic et argentum: Stringunt enim id est indurant stannum et dealbant ac dicunt esse argentum. Sicut etiam auripigmentum cum subtus stercus mittunt. ibique miscent sal armoniacum et incorporant cum cupro distenso per locum barbatum et cum mercurio rubeo. et dicunt quod sit aurum verum cuiusmodi sit aurum septem modis per magisterium temptatur atque cognoscitur scilicet in solutione. in lapide. in pondere. in gustu in igne. in sublimatione. in fusione Porro naturalis auri natura calida est et sicca. et quantum habet ferrum de natura siccitatis et duricie tantum habet aurum naturam bonam ac mollem. fit autem in ventre terre. de argento vivo bono nimis et de sulphure non multum rubeo cocto

## Operationes.

A Ex libro de naturis rerum. Aurum est calide nature. lepram ac scabiem curat. in pulverem redactum et antidotis mixtum.

B Habet etiam virtutem confortandi non quod incorporetur. aut membra nutriat sed quod alterativa virtute corpus immutat Vulnus ex auro factum non corrumpitur in tumores. C Haly regalis in practica sua. sermone secundo. Aurifolia carnem comedunt sine morsura. suntque sicca subtilia. Limatura auri confortat cor et pulsioni medetur. D Acalimia auri melior est tenuis et magis desiccans et amplius elimans. Que si comburatur et levetur de siccat oculorum ulcera sine morsura.

E Actor. Aurum ut dictum est supius omni metallo est temperatius. Unde quia caliditas eius modici est excessus. ideo non locatur in gradu. licet in gradu ponatur ab aliquibus F Avicenna. ij. canonis. Medicine aurum est equale subtile. confortat oculum in alcofol positum. Confert et doloribus cordis ac tremori eius. G Retentio eius in ore. fetorem ipsius oris removet. Cauterium melius est et velocius sanabile quod fit cum auro. H Confert etiam doloribus cordis ac tremori eius ac timori anime. et ei qui solus loquitur.





## Ca.xix.

Auricalcum. Ysi. Auricalcum dr eo q splendorem auri 7 duriciem eris possideat. Est autem nomē compositum ex lingua latina 7 greca. Es em̄ grece chalco vocatur. fit autem ex ere 7 igne multo. ac medicaminibus ad aureum colorem ꝑducit. Ex li. de na. rez. Ex ere fit auricalcum sic dcm̄ quia splendorē habeat auri. vel qa de ipo fit auz. Dicit em̄ phūs in libro de alumie. Linmen q̊d ex vrina pueri 7 auricalco fit auz optimū Quod intelligendum est in colore non in substantia Dicit em̄ idē Aresto. q variat color sed substātia manet. Hoc auricalcū frequentius scripture vocāt electz. 7 hoc ꝓpter colorem electro prope consimilem Ex doctrina alchimie. Es autem trāsmutatur in auricalcum. quod fit mediante tuthia. quia fumus eius albificat. 7 habz naturam spiritus. statimq3 cum puluis eius proijcitur super es fusum. vel miscetur cū laminis eris: In ipsa eris fusione thutia calefit. 7 fugam querit tanq̄ spiritus. vn̄ apparet q eius fuga fit per eris corpus fusum. sicq3 siccat ipm. quia fumus eius est temperate albus. 7 album hmōi mixtum cum rubeo reprimit rubedinem 7 fit citrinum. 7 ita auricalcum.

## Ca.xx.

Argentum. Ysidorus. Argētum greci argirion dicunt cū mixz īmo dum illud accidit. vt cū candidū sit. impressum corꝑi nigras lineas reddit Ex li. de na. rez. Argentū ductile est 7 tractabile. sonorūq3 ac tinnitus dulcissimum 7 hoc maxime si eri misceatur. Vn̄ tubas ex argento ductiles precepit moyses fieri ad terrorē hostiū. 7 exhortatōem ad bellū admouendū q3 castra 7 populos ad escā ꝯuocandos. Argēti vene multe 7 in multis ꝑtibus orbis repiunt. nec est puz in se sicut auz. Sz terre ac sordibus incorꝑatū 7 admixtū. Ideo labor maxim9 est vt ꝑ ignem expurget. Fum9 āt purgatōis ei9 valde nociuus est. nec de facili purgat fumo hmōi multo infectū nisi fumo thuris aut armōiacis spēbus. ac vbi puz fuerit argētum durabile est. Impuz āt de facili contrahit corruptelā. Argentū ꝯsolidat alia metalla. 7 q̄si vnū efficit consolidata.

## Operationes.

A Auicenna in. ij. canone. Argentum ifrigidatiuū est 7 exiccatiuū. bonū est valde scabiei 7 prurigeni. B Eius confricatio cū alijs commixtionibus confert fe

tori oris. C Ac tremori cordis et humiditatibus viscosis. D Constantinus. Argentum frigidū ꝛ tēpatum ī humiditate est. ꝛ est contra humidum ꝛ viscosū flegma. Cadimia tamen auri fortior est ꝛ melior argentea. E Rasi in Almāsore. Argentum frigidū est. cordisqꝫ tremori proficit. Cadimia argenti scabiei que ī corpe oritur. ꝛ pustulis que in oculis sunt bona est. F Albertus Argentū bene politum inter oīa metalla. meli⁹ est speculum. quia ī colore magis accedit ad dyaphanum. G Haly. Purgamētum argenti melius est viride ac tenue. pōticū est desiccans fortiter. Ideoqꝫ necessarijs admiscetur ad cicatrizandū vnguētis.



C. Caxxi.

Argentum viuū. Ysidorus. Argētum viuū dicitur ꝙ excidat materias quibus inicitur hoc ꝛ liqdū quia percurit. Inuenit̄ autē specialiter in metallis siue in fornacibus argentarijs: guttaꝝ concretione tectis inherēs. Sepe etiam in stercore vetustissimo cloacarum vel puteoꝝ limo. fit etiam ex nimio in cou chule fertee imposito patena testea suppo sita. Tunc eīm circumlito vasculo circumdantur carbones. sicqꝫ argentū ex nimio distillat: sine hoc neqꝫ argentum neqꝫ es inaurari potest. Tante āt virtutis est. vt si sup sextariū argenti viui. centenariū saxū supponas oneri statim resistit. Sin āt auri scrupulū. leuitatē eius raptim sinu recipiet. Ex q̄ intelligit̄ nō pōdus sꝫ naturaꝫ esse cui cedit. Seruat̄ āt melius in vitreis vasculis. nā ceteras materias pforat. potui autē datū interficit pōderis cā. Auicēna. Argentū viuū subtus terrā nascit̄ propter hūiditatem magnā in loco illo exītē Et hoc euenit ꝑpter solē ꝛ aerē q̄ tangunt eum. Ideoqꝫ efficit̄ currēs ꝑpter humiditatem ꝛ frigiditatē q̄ in eo sunt. nec efficitur nisi in loco frigido. Ex li. de na. rerū. Argentū viuū est r̄uera calidū ꝛ humidū in q̄rto gradu. licet in q̄busdā libris inueniatur esse frigidū. Extinctū p̄t alij rei admisceri. sꝫ viuū nō. p̄t āt fieri albū ꝛ rubeū cū sulphure. fert eīm de facili oīs colores recipe. Si extinguat̄ cū pinguedine. apparebit q̄si terra. et sic inter ollas artificiose crematū. extrahit̄ ab igne claꝝ malliabile ꝛ tractabile ad modū argēti. ad maxima firmacula facienda. Deniqꝫ sine argento non p̄t fieri deauratio. cuncꝫ argentū nō consolidet̄ argēto medio argēto. Hoc vi detur bene fieri cum argento viuo.

## Operationes.

A Constantinus in li. graduū. Argentum viuū cal. est in. iiij. gradu. ꝛ hu. Pediculos capitis occidit. ꝛ reptilia oīa cum litargiro ꝛ aceto ꝛ oleo B Fitqꝫ bonū ad curandū scabiē. Fit etiā vnguentū ad pustulas optimū C Plateari⁹. Argētum viuū hꝫ v̄tutē dissoluēdi ꝛ penetrādi farinam lupinoꝝ amaroꝝ decoquitur in aceto fortissimo vsqꝫ ad spissitudinē. ꝛ argenti viui extincti fcā ꝯmixtiōe. caput pacientis ex habūdantia pediculoꝝ pungit̄ ꝑ discriminalia. D Extinguit̄ āt vel cū saliua: vel fricat̄ cū cinere ꝛ saliua. Aut cū capillis et saliua. Aut cū puluē ossis sepie ꝛ saliua. melius āt dr̄ extingui. cū alte

ri rei p̄t admisceri. nisi eni sic extinguit. ip sius ad aliud non fit admixtio. E Avi. Argentū viuū potui datū iterficit cā ponderis F Item dyas. dicit q̄ argē tum viuū bibenti mortē tribuit. euadē tñ poterit. Qui hoc biberit caprinū lac bibē do ac se mouēdo. vel etiā bibendo vinum addito absinthio synapi vel ysopo. Cui cunq̄ mēbro adhēt ip̄m pcutit ⁊ corrodit G Auicenna: Argentū viuū sublima tum interficit. ppter vehementē incisionē ⁊ eius cura fortis est bibere lac ⁊ vomere. Sz Galienus dicit hoc se exptū nō fuisse. Scio q̄ quidam bibit argentū viuū in estate dū agitaret̄ siti ex vitro arto putās se vinū bibere. ⁊ duabus horis eff luxis id ip̄m reddidit an⁹ i peluim ⁊ nihil nocuit. H Dicunt ei quidam q̄ extinctū interfi cit. quia quicquit ei obuiat sua grauitate corrodit Interficit etiam murem. I Et ex eius fumo fugiunt vermes ⁊ serpen tes venenosi. K Item vapor eius fa cit accidere paralisim: tremorem. Fumus eius destruit visum ⁊ auditū Et facit oris fetorem cum transit p ip̄m. q̄re caueat qui vtatur.



## Ca. xxij.


Arsenicum. Ysidorus. libro. xix. Arsenicum quod latine ob colorem auripigmentum dicitur. colligitur in ponto ex auraria materia. vbi ⁊ sandaraca: optimū est quod in aureum colorem transit. purum ⁊ fusili gracili venarum discursu. Quod vero pallidi⁹ aut sandarace similis est: deterius iudicatur. Est ⁊ tercium genus squamosum: quo miscetur aure⁹ color. Uis eorum est vt sandarace sed acrior. Plinius. li. xxxiiij. Arsenicum est ex eadem materia qua ⁊ sandaraca: Quod ex eo optimū est coloris etiam in auro excellentis. Ex libro de alumibus ⁊ salibus. Arsenicum est calidum ⁊ humidum: Et est diuersi generis. scilicet rubeū citrinum ⁊ laminosum Est arsenicum sile sulphuri in multis operibus.

## Operationes.

A Auicenna Aliud est album aliud rubeum. aliud citrinum: om̄ia putrefactiua sunt ⁊ mordicatiua. Est autem calidum i tercio. siccum in secundo. B Pilos abradit et alopicie cum gummi pini conuenit. C Emplastrum cum eo fit sup vulnera: Cum adipe ⁊ oleo conuenit scabiei ⁊ sabaphat hūide et putredini. et abstergit ⁊ adurit cutem. D Assumit̄ ad tussim antiquaz ⁊ sputum saniei. ⁊ sanguinis. Et quando ponitur in pillulis ad asma. E Miscetur autem cum oleo rosato ad bothor ⁊ emorroidas. Nō autē ex eo sublimatū est interfecit: Et ex rubeo quidez melius est. quod est puluerizabile. F Dyascorides. Arsenicum nascitur in metallis vbi ⁊ sandaraca. Assatur autem in testa. donec mutet colorem: ⁊ r̄ponitur Uirtus ei stiptica est. cū calce viua mixtū ⁊ corpi illitum tollit pilos.



## ¶ Ca.xxiij.



alagins.⁊ Berillus
Arnold⁹. Balagins
est gẽma ruffa plucen
tis nature.degenerãs
a carbũculo.ipius ac
ṽtutibus oĩbus debi
libus ĩ eo rmissis. Asi.
Berillus ĩ india gig
nitur viriditate simił smaragdo.sꝫ cũ pal
lore. Polił ãt ab indis in sexãgłas formas
vt ebetudo coloris repcussione ãguloꝝ ex
citeł. Aliter polit⁹ nõ hꝫ fulgorẽ. Genera
eius sunt nouẽ. Helimandus in cronicis
li,x. Berillus est coloris violacei vel aque
marine.

## ¶ Operationes.

A ¶ Huba scripsit ꝙ ꝯiugij dat amorem
Et portantẽ se magnificat. Dextraꝫ strin
gentis adurit. B ¶ Aqua in qua iacꝫ
pota,valet infirmis oculis.tollit victus ⁊
suspiria.⁊ cunctis epaticis ferł curare do
lores. C ¶ Arnoldus. Berillus ẽ lapis
cuius color est pallidus vt limpha.forma
sexagana. Cunctꝫ genera eius sunt nouem
qui magis pallet est melior. D ¶ Uir
tus eius est contra hostiũ pericula.cõtra
pigriciem.oculos humidos sanat.gestan
tem adurit. Si oculo solis opponił ac ro
tundatur ignẽ accendit. E ¶ Dyasco.
Berillus lapis lucidus est et clarus.oleo
similis sculpił locusta marina.ac sub gemi
nis pedibus eius cornuta ac sub gẽma po
nitur herba seuina modico auro inclusa.
gestata amorẽ ꝯiugij facit. Aqua in q̃ mi
ssa est pota.ad ocłoꝝ vicia valet.⁊ ad oẽꝫ
valitudinem.



## ¶ Ca.xxiiij.

Bezaar.vel lapis liberans a vene
nis.arabice hager bezaar. Sera
pion li.aggre.cap̃.hager bezaar
est nomen persicũ.⁊ est expellens nocumẽ
tum.et hoc nomen cadit super duo: Unũ
est quod cadit sup omnem medicinam con
venientem alicui veneno.eo ꝙ resistit vir
tuti eius ⁊ expellit nocumentum eius pro
pter proprietatem que est in eo. ¶ Rasis
Bezaar est lapis citrinus mollis non ha
bens saporem. Unde lapis est vergẽs ad
citrinitatem ⁊ albedinem.hñs colorẽ vini
⁊ est levis splendens sicut lumen.

## Operationes.

A Serapion. Lapis bezaar convenit venis: et quando bibitur ex eo pondus .xij. granorum ordei aut linimentum fit cum eo super locum morsus liberat naturam a morte et expellit venenum per sudorem. ideo pestilentico valet. B Et quando ponitur lapis in annulo: et ponitur in ore ipsius qui sumpsit venenum et fugit id et aliquantulum convenit ei. C Et quando tangitur cum illo aculeus scorpionis prohibet ab eo postmodum potentiam pungendi D Et si teritur de eo pondus duorum granorum ordei dissolvitur in aqua et ponitur in ore serpentis suffocat eum statim et occidit. E Idem auctor. Rasis: Et ego vidi in ipso sufficientiam ad auferendum nocumentum et erit lapis ille quem vidi vergens ad citrinitatem et albedinem habens colorem vini. et cum hoc erat levis splendens sicut lumen. F Et iam vidi in eodem sufficientiam illam quam non vidi in alia medicina simplici. ymo etiam quod non vidi in tyriacis compositis G Item Rasis Vidi lapidem bezaar filij amamari custoditoris legis dei. et est verum quod ipse emit hunc lapidem et dedit pro precio ipsius palacium cordube in principio genere.



## Ca. xxv.

Belliculi marini latine. Arabice astor. Pandecta. cap. xciij. Belliculi marini sunt quasi umblici hominis secundum figuram: et sunt lapides parvi et albi qui inveniuntur in ripis marinis coherentes sicut dentales sunt frigidi et sicci sed eorum excessus ab autoribus non determinatur. ponuntur in unguentis ad faciem clarificandam.

## Operationes.

A Pulvis eorum subtilissimus resolvatur cum axungia gallinacea prius resoluta: et fiat unguentum pro facie abstergenda. ponuntur in antidotario Galieni in unguento citrino. quod interpretatur unguentum de citro.



## Ca. xxvj.

Bolus armenus. Avicenna. li. ij. cap. de luto armeno. Lutum armenum sive bolus armenum est rubeum declinans ad citrinitatem notum. fri. est in primo gra. sic. in. ij. Et est quedam vena terre que precipue in armenia invenitur. Unde habet v[irtu]tem constringendi. Est autem eligendum quod subrubeum est secundum omnes partes non h[abens] colores distinctos. aliquantulum fragil[e].

Serapion. Canarmenum. i. lutum armenum 7 est ingimbar. color eius e ultra croceitatem ad rubedinem tendes. 7 teritur cito sicut teritur calx. 7 est lene sine lapide. Uirtus eius est que desiccat desiccatione forti.

## Operationes.

A Auicenna. Lutum armenum retinet sanguinem: quoniam exiccatio eius est in ultimo. B Et confert apostematib[9] pestilentialibus bibitum 7 linitum. 7 prohibet ambulationem putredinis mēbrorum. 7 mirabile est in re vulnerum. C Et prohibet catarrum. 7 confert colericis D Et est bonum sputo sanguinis ptisici. propterea quia desiccat vlcus pulmonis. 7 est cura stricture anhelitus ex catarris. 7 est bonum vlceribus intestinoꝝ 7 solutioni 7 fluxui sanguinis matricis. E Et confert fe. ethicis 7 pestilencialib[9] proprie. 7 plures quidem iam sanati sunt ex pestilentia magna propter consuetudinē bibendi ipsum cum vino subtili. F Et si bibitur in febre pestilentie necessarium est vinum. perducat ipm ad cor. 7 misceatur vinū illud cum aqua rosaꝝ.

## Ca. xxvij.

Borax. Lapis borax secundum Albertum a quodam genere bufonis nominatur q sic dicitur quod ipsum i capite portat. Et est duorum generum. Unum album aliquantulum fuscum: 7 alterum si viuo adhuc palpitante bufone extrahitur. in medio habet oculū ceruleum. 7 temporibus nostris extractus fuit. vnus de bufone paru[9] viridis. aliqs etiam vidimus bufones habentes depictos in se qui de hoc genere dicebant vulgariter aūtcropodine dicunt.

## Operationes.

A Albert[9]. Sordes purgant intestioꝝ 7 superfluitates. B Arnoldus. No se lapis. i. lapis borax est cuius duo sūt genera. Unum subalbidum 7 aliud varium C De bufonis capite trahūtur anteq̄ bibat vel aquam tangat D Et forte in eis quandoqz apparet forma bufonis cum pedibus sparsis. hic lapis valet contra morsos reptilium. 7 ꝯ venenū.





3-0-8

## Ca. xxviij.

Callaica. Carcedonius et Calcophanus. Ysidorus. Callayca est gemma colore viridis et pallens ac nimis crassa. nihil iocundius decensque auro. Unde et appellata nascitur in india vel germania in rupibus gelidis. Oculi modo extuberans: Ex li. de na. rerum. Carcedonius in ethyopia nascitur. velut ignis lucet. sed pallentis speciem retinet. Semper itaque detentus pallore. Colorem habet medium inter iacinctum et berillum Qui si pertusus sit et collo vel digito feratur. causas vincere prohibetur. Huius species tres esse dicuntur.

### Operationes.

A Arnoldus. Calcaphanus est gemma nigra sed eris tinnitum reddit si lapide fuerit illisa. B Arnoldus. Calcophanos nigri coloris lapis clarificat vocem. prohibet raucedinem C Ex li. de na. rerum. Calcophanus sonorus ac dulcis instar eris. D Si ferro vel ere percutiatur vocem quasi sonoram ac dulcem reddit si portetur ab homine casto.


## Ca. xxix.

Carbunculus. Ex li. de na. rerum. Carbunculus est lapis omnium preciosissimus atque carissimus. et omnium lapidum prohibetur virtutibus predictus. Huius color igneus est: et nocte magis quam die lucet. Nam die obscuratur. nocte vero tamen refulget. vt circa se noctem quasi in diem vertat: Ex lapidario Ardentes superat gemmas carbunculus omnes. Nam velut ignitus radios iacit vndique carbo. Huius nec tenebre possunt extinguere lucem. Quin flammas vibrans oculis mittat aspicientem.

### Operationes.

A Arnoldus. Carbunculus est gemma rubicundissima in obscuro et tenebris lucens vt carbo. Colore virtutibusque superat omnes gemmas ardentes. Sola enim habet omnes. que in ipsis sunt virtutes. Suntque preter illam. xij. species minus ea vtiles. B Ysidorus. Carbunculi genera sunt duodecim. sed prestantiores qui videntur fulgere ac velut ignem effundere. C Et dicit Aluredus quod est sigillum lapidum Alij vero quia carbunculus potest imprimere figuram suam omni alij lapidi et non econtra.





## Ca.xxx.

C Alx. Ysi. Calx viua dr̄. q2 dū̃ tactu frigida sit occultū ignez intus hʒ. Vn̄ ⁊ aq̃ ꝑfusa statim latēs ignis erumpit. natura eius mira facit. Nā aq̄s accendit̄ q̄bus solʒ ignis accēdi. Usus ei⁹ est structuris fabrice necessari⁹. Nā lapis lapidi nō p̄t adherē̄ forti⁹. nisi calce ꝯiunctus. Et calx q̄dē e lapide albo ⁊ duro melior ē structuris. Ex molli v̄o ticturis vtil'.


### Operationes.

A Aui.in.ij.cañ. Calx est cinis corpoꝝ lapidosoꝝ. Illa q̄dē quā aq̄ nō tetigit et illa quā aq̄ tetigit cū remanet extincta duobus dieb⁹ aut trib⁹ tūc nō adurit ſʒ tñ̄ calefacit. B Et abluta q̄dē dcā ē ⁊ exiccatiua sine mordicatōne. C Calx v̄o bibita cū oleis fit maturatia D Calx fluxū̃ sanguis abscindit carnē additā corrodit. ⁊ abluta ꝯsolidat Ignis adustioni ꝯfert. E Constan. Calx ē ca. ⁊ sic. i. iiij g̃. Que mixta sero ⁊ oleo pustl'as ⁊ ap̄ata putrida hn̄tes iuuat. vulneraq3 ⁊ icisionē solidat. F Razi i Alman. Calx ca. est adurit ⁊ carnē sup̄fluā corrodit: fluxū sanguinis cōstringit. que cū lauat̄ adustioni ignis confert.



## Ca.xxxj.

C Aristeum ⁊ Numidicus. Ysido. Caristeū viridē optimū q̄d nomē ab aspectu hn̄s eo q̄ gr̄tū sit his q̄ gēmas sculpūt. Eius em̄ viriditas reficit oculos. Idem. Numidicū marmor numidia mittit. q̄d cutē cotē succū dimittit croco similē. vn̄ ⁊ nomē accepit. Non crustis ſʒ in massa. ⁊ liminū vsui aptū. Tesfriana calore cineris appellat̄. cuius alligatō cōtra serpentes laudat̄.



## Ca.xxxij.

C Alefarios: ⁊ corānticas vel coravium. Albert⁹. Lapis calefarios siue calcofanos ⁊ est niger.

### Operationes.

A Virtus eius est vocē clarificare ⁊ raucedinem mederi. B Idē Albertus. Lapis corānticas est lapis cristallo simil'. ifecto colore ceruleo. q̄ dr̄ cadere aliq̄n̄ de nube cum tonitruo et inuenitur in graya ⁊ hyspania. sed hyspanus est candens vt ignis. C Prouocat dulces somnos. ⁊ ad prelia. ⁊ causas vincendas. ⁊ contra periculum tonitrui dicitur operari. Hoc similiter ait Enax.



## ¶ Ca. xxxiij.

Celidonius: Dyascorides: Celi
donius inuenit in ventribus hy
rundinũ. Cuius genera sunt duo
Niger ⁊ ruffus que colligũtur captis pul
lis yrundinum ⁊ scissis eorum ventribus
inueniuntur.

## ¶ Operationes.

A ¶ Albertus. Ruffus inuolutus panno
lineo vel corio vitulino ⁊ sub sinistra assel
la gestatus dicitur valere contra insaniã.
⁊ antiquos languores. et lunaticam passi
onem ⁊ epilentiam eodem mõ portatus.
B ¶ Euax autem dicit q facundum gra
tum et placentem reddit gestantem se. ni
ger autem vt Joseph dicit cõtra nociuos
humores ⁊ febres ⁊ iras operat. Et lotus
aqua sanat oculos. C ¶ Sunt autem
hij lapides parui valde et tales iam vidi
mus per socios nostros de stomacho yrũ
dinum extractos de mense augusto. tunc
enim extracti magis valere dicunt. vt fre
quenter autem duo simul in vna yrandĩe
inueniunt. D ¶ Dyascorides. Ruffus
enĩ sanat lunaticos ⁊ lãguidos ⁊ insanos
in panno mundo ligatus. ⁊ in sinistro bra
chio egroti circũligatus. ꝑterea facit gra
tissimos portantes se facundos et amabi
les ⁊ ydoneos. E ¶ Niger gestatus si
militer optimũ finem imponit. ad omnes
iras regum ⁊ dñorum ydoneus est. ¶ F
Nam qui eum habuerit omnibus place
bit. et ad arbitrium suũ cuncta perducet.
G ¶ Sed cui dolent oculi teritur cũ aq̃ ⁊
inungunt ⁊ sanabuntur. H ¶ Sed cũ
tolluntur lapides cauẽdum ne pater aut
mater ꝓpe sit q: meliorẽ effectũ hẽbunt.



## ¶ Ca. xxxiiij.

Celonites ⁊ Cymedia. Ysidorus.
Celonites est lapis purpurei va
rijq: coloris Hunc testudo mittit
⁊ diuinatorem illum facit. Qui hunc sub
lingua gestauerit At hec virtus ipi tantũ
modo tunc inest. cum luna primo accensa
crescens est. Menoytes in vltimo descen
dente sic vult aaron de virtutib9 lapidu3.
Nec hic lapis ab igne corrumpit.

## ¶ Operationes.

A ¶ Celonites est indice testudinis ocu
lus varius ⁊ purpureus. hoc magi impo
sito lingue fingunt futura pnũciare ¶ B
Ex lapid. Indica testudo lapidẽ mittit ce
lonitem. Gratũ purpureo varioq: colore
nitentẽ. Que3 sub lingua lotosi qsq̃ gesse
rit ore Nosse magi credũt hũc diuiare fu
tura. Orto mãe die sextã dũtaxat ad horã

Tempore quo lune succescere cernitur orbis. Sed luna prima lapidis predicti potestas. Tocius fertur spacio durare diei. Quinte post decimā cōcordant tpe lune. Ac detrimenti maris in tpe toto: Añ diē tm̄ lapidi manet illa potestas. Est etiam nulli lapis hic obnoxi⁹ igni. ¶ Idez Ysidorus. Timedia est gēma que inueniť in cerebro piscis eius nominis. candida ⁊ elōga. his presagire dicunť magi signa tranquillitatis ⁊ tempestatis.



¶ Ca. xxxv.

Cerusa. Platearius. Cerusa flos plumbi est. ⁊ est fri. ⁊ sic. in. ij. gˀdu hanc qui faciunt sepius incurrūt apoplexiam. epilentiam. paralisim. arteticam. propter frigiditatē aceti dissoluentem ⁊ mortificantem.

¶ Operationes.

A ¶ Habet autem cerusa virtutem mundificandi vel extergendi superfluitates. vñ quidam mulieres abluta facie puluerem ceruse tenuissime supadducunt. ¶ B Alie vero quia cerusa aliquātulum sicca est. conficiunt cā in aqua rosaꝝ. ⁊ exponūt soli maxime in estate qua consumpta aliā apponunt. ⁊ hoc faciunt donec fit albissima. ⁊ aliquātulum aromatica. postea formant in pillulas ⁊ faciei apponunt. ¶ C Nota qui longo tempe vtunť adhibitōe ceruse. dolorē dentiū incurrunt. ⁊ putredinem oris ꝗ fetorem ¶ D ¶ Auicēna in. ij. cānone. Cerusa est cinis plūbi. poniť in emplastris. et vlcera replet ac generat in eis carnem. ⁊ corrodit carnem malā. ¶ E Confert botbor oculi. Lenificat apata frigida ⁊ dura: Fit āt cerusa qñq̈ aceto. qñq̈ cū salibus ⁊ est frigida ⁊ sicca in. ij. gradu F ¶ Que aūt cū aceto fit vehemētioris est subtiliationis. ¶ G ¶ Est etiā ex medicinis q̄ ꝯueniūt ani fissuris. ē iteꝝ ex venenis



¶ Ca. xxxvj.

Crisolectrus ⁊ Crisocolla. Ysidorus. Crisolectrus est lapis auro simil. sed in colorem electri vergēs. matutino tantum aspectu iocundius. igniū rapacissimus. ⁊ si iuxta fuerit celerime ardescens. Arestotiles. Crisolectrus ignem trahit. ⁊ ex eius natura est ꝙ ab igne cito comburiť. Arnoldus. Crisolectrus gēma est aurei coloris. ab igne cito iflāmabilis visu pulcherrimus est in horis matutinis In alijs vero per oīa dissimilis.

## Operationes.

A Plini⁹. Crisolectrum collo alligatũ medetur febribus. Tritum vero cũ melle atq; rosaceo aurium viciis. B Et si cum melle attico ꝯterat̃ oculoꝝ etiã obscuritati. stomachiq; viciis medet̃. vel per se farina eius sumpta vel cum mastice ex aq̃ pota. C Ex lapidario. Esse crisolectrus similis describit̃ auro. Cuius ad electrum color inclinare videt̃. Hic matutinis visu iocundior horis. D Cuius materies rapidissima dr̃ ignis. nã cito vicino correptus flagrat ab igne. E Ysidorus Crisocolla est gẽma que gignit̃ in india. vbi formice auꝝ eruunt. F Est autẽ auro similis. habet naturã magnetis; nisi q; auꝝ augere tradit̃. vnde ꝛ nũcupatur.

Marubii folia sunt prassia prassaq; porri Idẽ. Crisopassios est gẽma ab ethiopia veniens.

## Operationes.

A Albertus. Crisoprassos vires habet lapidis prassii. Etiam ad oms cordis passiones efficax repitur B Idẽ. Crisopassios dr̃ lucere in tenebris. ꝛ euanescere lumine supueniẽte. ita q; colorẽ nõ retinet quem hȝ in obscuro. C Et fit in ipso fm diuersitatem luminis ꝛ tenebraꝝ reciprocatio coloꝝ velut ĩ quercu putrefacta ꝛ noctiluca. D Et de omĩbus his in libro de aĩalibus dedimus rationẽ perfectam ꝛ vide.





## Ca. xxxvij.

Crisoprassus. ꝛ Crisopassios. Albertus. Crisoprassus est lapis q̃ ab india venit. ꝛ raro ĩuenit̃ propter q̃d ꝛ carior extimatur. In colore etiã est quasi sit ex succo porri vl̃ prassii coagulato hñs etiã auri guttas. ꝑpter q̃d ꝛ tale nomen accepit. q: crisso auꝝ sonat ĩ greco prassiũ. i. viride viriditate porri. Uñ vsus

## Ca. xxxviij.

Crisolitus ꝛ Crisolansis. Diasco. Crisolitus lapis lucidissimus est ꝛ similis auro. Albertus. Lapis crisolitus est in colore habens tenuem viriditatem lucidã in qua ad oculum solis micat vt stella aurea. ꝛ non est rarus. Ysidorus. Crisolansis est gemma ex auro ꝛ igne vocata. die siquidem est aurea. ꝛ nocte ignea Hanc gignit ethyopia.

## Operationes.

A ¶ Albertus: Dicitur q crisolitus spiritualia confortat. ppter quod tritus asmaticis datur. Fertur etiam q perforatus et setis azini in foramine rpletus ac sinistro brachio alligatus fugat timores melancolicos pessimos. & hoc dicitur in phisicis ligaturis. B ¶ In auro etiam positus & gestatus fugat fantasmata: C ¶ Et dicunt quidam ipsum stulticiam pellere. & sapientiam adducere. D ¶ Dyasco. Hic applicatus (videlicet crisolitus) rasure auri filaterium est & tutamen aduersus nocturnos timores. Pertusus & traiectus cum setis azini & in brachio sinistro ligat⁹ omnia demonia vincit.

## Operationes.

A ¶ Hic lapis frigidus oculo solis oppositus ignem eicit. si calidus sit hoc perficere non potest: Huius ratio posita est in li. de proprietatibus elementorum & planetarum. B ¶ Et dicitur etiam sitim restringere sub lingua positus & expertum est q tritus cum melle mixtus acceptus a mulieribus repleat vbera lacte: C ¶ Ex li. de naturis rerum: Cristallus lapis est ex glacie induratus. D ¶ Solinus tamen in aliqbus mundi partibus hunc inueniri dicit vbi nunq gelu vel glacies fuit. ¶ E Dyascorides. Cristallus vires habet stipticas: dederūt hūc ad generandū lac.





## ¶ Ca. xxxix.

C Ristallus. Albert⁹. Lapis cristallus est lapis qui aliquando fit ex frigore. Aliquando autem ex niue sicut sepe experti fuimus. & in Germania vbi multi inueniuntur. Vterqz autem modus generationis facilis ex superioribus erat manifestus.

## ¶ Ca. xl.

C Innabar. Pandecta capitulo clxiii. Cinnabar latine. grece sercog. Arabice asreg vel zemzisar. Cinnabar. i. cinnabarum. Et fit ex sulphure & argento viuo. & est rubei coloris. Sera. li. aggregatoris. cap. asreg siue asrengi. i. cinnabarum. fit ex plūbo qn ponit in igne. & inflāmat: & fit rubeū: Similiter fit ex cerusa cōbusta in hūc modū: accipit & ponit in cōcauo vase mūdo. & ponit sup ignē. & mouetur donec rubescat. et fit velut auripigmentū rubeū. Et qdā nōiant hoc sandix.

## Operationes.

A Galienus. Quādo comburitur plumbum vel cerusa mutatur. et fit asrengi. et est res subtilior eo. sed non ita sedatiua. B Idem auctoritate Lachindi. Et accidit bibenti asreg sicut illi qui bibit litargirum. omnes isti sunt species cinnabari. C Dyascorides. Uirtus est illi similis lapidi emathitis. Deniqꝫ constringit vehementer et ideo sanguinis fluorem abstinet. combustionibus et pustulis opitulatur. cerotis additur vtiliter etiam cōfectionibus colliriorum miscetur.



## Ca. xlj.

Cinis. Actor. Cinis ex predictis corporibus vstis relinquitur. et ē substātia terrena quidē arida et compacta: in quam corpus solidum per ignem resolutum humore consumpto redigitur. Uñ ex grandi corpore propter consumptionem materie modicus cinis efficitur. despecti coloris est.

## Operationes.

